IOANNIS AUGUSTI VULLERS

INSTITUTIONES

LINGUAE PERSICAE

CUM

SANSCRITA ET ZENDICA LINGUA

COMPARATAE.

SYNTAXIS ET ARS METRICA PERSARUM.

GISSAE,
PROSTAT IN LIBRARIA J. RICKER.
MDCCCL.

TYPIS SANSCRITIS ET ZENDICIS ACADEMIAE GISSENSIS
EX TYPOGRAPHIA W. KELLERI.

PRAEFATIO.

Quæ de syntaxi linguæ persicæ in libris grammaticis Dombayi, Jonesii, Wilkenii aliorumque tradita sunt, ad structuram et conformationem huius sermonis accurate et perfecte perspiciendam fere nihil conferre, inter omnes persice doctos constat. Summam quidem in syntaxeos regulis perscribendis et elucidandis operam impendit solus Lumsdenius, sed quum indigenarum grammaticae scribendae viam et rationem maxime secutus sit, multa haud satis accurate distinxerit, plurima autem uberius quam necesse erat exposuerit, opus eius grammaticum copiosum et doctissimum linguae persicae addiscendae haud accommodatum videtur.

Novum igitur syntaxeos persicae librum diligenter scriptum lectoribus traditurus, si opera et studium, quae in praeceptis ad verborum constructionem recte explicandam datis et exemplis, quae in scripto-

ribus classicis leguntur, semper confirmatis impendi, ad propagandam linguae persicae cognitionem aliquid contulerint, id est quod pro virili parte adnixus sum et praemia si studio consequar ista, summum putabo.

Brevis artis metricæ descriptio systemate indigenarum doctorum nititur, quum propria sit et peculiaris Arabum aliorumque poetarum, qui illos imitati sunt, poeseos natura et indoles, nec ad aliena peregrinarum gentium praecepta metrica conformanda. Auctoris igitur libri حدايق البلاغة accuratis præceptis metricis, a viris doctissimis Gladwin *) et Garcin de Tassy **) iam expositis, tanquam fundamento usus, aliorum quae de hac re scripta sunt ***) ratione simul habita, novam ad exponendam artis metricae Persarum doctrinam ingressus sum rationem, brevem quidem, sed accuratam et planam, qua lectores artis prosodicae et metricae Persarum propriam naturam facile perspiciant et in carminibus recte interpretandis summopere adiuventur.

*) Dissertations on the Rhetoric, Prosody und Rhyme of the Persians. Lond. 1801.

**) Prosodie des langues de l'Orient musulman in Journal Asiatique a. 1848 t. I p. 105—149. 205—241 et 333—417.

***) Darstellung der arabischen Verskunst etc. von Freytag Bonn 1830 et Silv. de Sacyi traité de la prosodie et de la metrique des Arabes in eiusdem grammaticae arabicae tomo II. Paris 1831.

CONSPECTUS

SYNTAXEOS ET ARTIS METRICAE PERSARUM.

Enuntiati partes singulae.

Enuntiata simplicia et composita.

Ars metrica Persarum.

ENUNTIATI PARTES SINGULAE.

NOMEN.

Nomen enuntiati definitum vel indefinitum esse potest et pro varia constructione variis casibus ponitur. Primum igitur de articulo nominis dicendum erit, dein de casibus et praepositionibus, quae casus nominis Instrumentalem Ablativum et Locativum designant.

288. Ut sanscrita et zendica, ita persica quoque lingua articulum *definitum* non possidet, quum nomina substantiva linguae persicae quoad genus et singularem personam vel rem iam per se sint definita, quod in aliis linguis addito demum articulo exprimitur. Ita e. g. nomina مرد *homo* (der Mensch), زن *femina* (das Weib), اسب *equus* (das Pferd), نامه *liber* (das Buch) aut totum suum genus exprimunt, aut generis singulare quod definitum eorumque plurales aut omnes, qui ad genus pertinent, aut certos quosdam et definitos ex genere. Sola nomina quae copiam quandam indefinitam designant, singulari posita, respondent germanicis nominibus articulo destitutis ut e. g. نان ونمك *panis et sal* non modo verti possit

das Brod und das Salz, sed etiam *Brod und Salz*. Pend. 43, 5. Indefinita quoque sunt می *vinum* et گل *rosae* in hac sententia می خواه وگل فشان کن *vinum (Wein) posce et rosas (Rosen) sparge*. Vid. Fleischer Gram. der leb. pers. Sprache §. 43. Nomini speciatim definiendo Persae utuntur pronominibus demonstrativis این *hic* et آن *ille*, quae ut iam supra (§. 181) dictum est, haud raro inter se permutantur.

289. Alia nominis definiendi ratio est suffixum ـی ê, si sequitur enuntiatum relativum, quo ipsum nomen magis proprie definitur e. g. بزبانی که داشت *ea lingua, quam callebat* Gul. 15, 2 بموجب خشمی که ترا بر من است *illa, qua in me flagras, ira* ib. 46, 4 تا وقتی که ملك خشم برو گرفت *usque ad eum momentum, quo rex ira in illum accensus est* ib. 38, 12 cf. 19, 12. Alia exempla vid. supra §. 256 sub suff. ـئی II, 6.

290. Articulus *indefinitus* est idem suffixum ـی ê nomini additum (§. 256 II. p. 179), epitheto semper immutato remanente e.g. پادشاهی بکشتن بی گناهی فرمان داد *rex quidam innocentem quendam interfici iussit* Gul. 46, 3 cf. 15, 1. 36, 6 دشمنی صعب *hostis quidam acer* ib. 17, 12.

291. Ut articulo indefinito etiam numerale *unus* exprimi potest e. g. نیم نانی *dimidium unius panis* Gul. 18, 17 بنانی بساز *uno pane contentus esto* ib. 49, 16 برنجی *unum granum oryzae* ib. 36, 17 دل خلقی *cor unius hominis* ib. 37, 14 al., ita ipsum numerale یك vel

یکی *unus* articuli indefiniti vices gerit, sequenti nomine aut immutato remanente, aut eodem suffixo ی notato, aut ope praepositionis از cum numerali coniuncto e. g. یکی دایه *quaedam nutrix* Chr. Sch. 36, 119 cf. 39, 165. Frag. 22, 5 یکی داستانی *quaedam narratio.* Schahn. T. II. 194, 1 یکی از ملوك Gul. 27, 21 cf. 28, 3. 51, 1 pro ملکی seu پادشاهی *rex quidam* ib. 46, 3 cf. 24, 16.

Serioris linguae sanscritae est, numerale एक *unus* pro articulo indefinito, quo Indi carent, ponere vid. Lassen. Anth. sanscr. 33, 12. 36, 4.

NOMINATIVUS.

292. Nominativo proprie subiectum enuntiati exprimi constat; sed praedicatum quoque Nominativo ponitur, si, adhibito verbo substantivo vel simili quodam, subiecto aequatur e. g. زاهدی مهمان پادشاهی بود *monachus quidam hospes regis cujusdam fuit* Gul. 56, 21. نه مردست آن که دروی مردمی نیست *vir nullus est, cui virtus non est* ib. 79 l. ult. cf. l. 23. هنر بکار نیاید چو بخت بد باشد *virtus non proderit, si iniqua erit fortuna* ib. 98, 15.

293. Idem praedicati casus requiritur, si verbum substantivum est omissum e. g. لیکن پنج طایفهرا مسلّمست اوّل بازرگانی *sed* (fructus itineris) *quinque classibus tribuuntur, prima* (est) *mercator* Gul. 99, 4. مصلحت آن *res conveniens haec* (est) H. Sel. 155, 9.

294. Saepe obiectum verbi aut nomen ex praeposi-

tione vel alia voce pendens, non suum, sed ad vim sermonis augendam, primum enuntiati locum obtinet et Nominativo, quem absolutum dicunt, ponitur, qua in constructione sequens suffixum vel praepositio casum indicat, quo talis Nominativus absolutus accipiendus est, e. g. مطربی دور ازین خجسته سرای * کس دو بارش ندیده در یک جای *musicus*, *procul sit ab hac beata aula! nemo bis illum uno in loco viderit* i. e. talis erat musicus, quem nemo bis uno in loco viderit Gul. 64, 23. 24. ابلهی کو روز روشن شمع کافور نهد * زود بینی کش بشب روغن نباشد در چراغ *stolidus*, *qui die nitido candelam camphoratam accendit* (ad litt. *ponit*), *mox intelliges*, *illi pro nocte oleum non superesse in lampade*, pro ابلهیرا *stolido*, quod sequens suffixum in کش indicat, ib. 29, 4. 5. پادشاهی کو روا دارد ستم بر زیردست* دوستارش روز سختی دشمن زور آورست *rex*, *qui licitam habet iniustitiam in subditos*, *amicus eius die miseriae inimicus robustus est*, pro دوستار پادشاهی کو *amicus regis*, *qui* ib. 24, 12. سلطان که بزر با سپاهی بخیلی کند با او بجان جوانمردی نتوان کرد *Sultan*, *qui in auro militibus dando avarus est*, *erga hunc vitae liberalitas exerceri non potest*, pro با سلطان ob sequens با او ib. 30, 2 cf. 75, 15. Pend. 95 l. antp. — Haud raro ipsum suffixum vel praepositio, quae ad Nominativum absolutum referenda sunt, in apodosi omittuntur e. g. او نمك بر دست ومن بر عضو ریش *illi sal in manu* (est) *mihi autem in membro vulnerato*, pro اورا et ومرا Gul. 132, 13. بنده همان به که زتقصیر

خویش * عذر بدرگاه خدا آورد *servo hoc satius* (est), *ut sui defectus deprecationem ad aulam divinam ferat*, pro بندهرا pendens a comparativo به ib. 1 bis, 2. دشمن آن . به که نیکی نبیند *inimico hoc melius* (est), *ut bonum non videat* pro دشمنرا ib. 109, 4. cf. 136, 11 ubi بلند pro بلندرا positum. خاك مشرق شنیده ام که کنند * بچهل سال کاسه چینی *Terra orientalis, audivi, confici* (ex ea) *intra quadragiuta annorum spatium vas Chinense* pro از خاك *e terra*, quum ازو *ex ea* (terra) post كنند subaudiendum sit ib. 175, 3. — De eadem linguae Arabicae constructione vid. DE SACY Gr. ar. t. II. p. 45 sq. 99. 202. EWALD. Gr. crit. t. II. §. 672.

GENITIVUS.

295. Genitivus vocali *i* nomini regenti (المضاف) affigenda indicatur, nomine recto (المضاف اليه) semper immutato remanente (§. 123).

Genitivi usus quamquam late patet, multae tamen notiones, quum facile intelligantur, disputatione non egent (DE SACY Gram. ar. t. II. §. 99). Notetur

296. Genitivus *subiectivus*, possessionem indicans, quo etiam adiectiva, ut in arabico sermone, circumscribuntur e. g. صاحبدل *cordatus, sapiens*, بو الهَوَس poet. pro ابو — *voluptati deditus* PEND. 71, 12. بو الفضول proprie *pater inconsiderantiae* i. e. *demens* ib. 50, 3.

ANNOT. In vocibus صاحب *possessor*, سر *caput*, *extremum*

paucisque aliis Genitivi nota *i* exprimi non solet, si cum sequenti nomine recto instar compositi coniunguntur. Exempla vid. supra §. 127. Si non est compositum Genitivi nota *i* affigitur ut صاحب آن بقعه *possessor illius regionis* Gul. 75, 22.

297. Huc pertinet Genitivus, quo filii et patris nomina propria, omissa voce *filium* significante, inter se coniunguntur. Quod dicendi genus usu receptum est apud Persas, ut bene animadvertit auctor commentarii turcici in Bostânum, et non solum in oratione soluta sed etiam in carminibus saepissime legitur, ut دستانِ سام *Dastan* (filius) *Sami* Chr. Sch. 60, 435. coll. 89, 39. 94, 126. حسنِ صباح *Hasan* (filius) *Sabbahi* H. Ism. p. 192. coll. 143 annot. 2. Semelet ad Gul. p. 57, 245 et 265. Cf. Osann Beitraege Bd. 2, p. 153.

298. Genitivus possessivus haud raro circumscribendo exprimitur, praepositione از *ex* vel seorsim ante nomen rectum posita, vel cum pronomine demonstrativo آن coniuncta (§. 128), quod hac in locutione et in pronominibus possessivis ازانِ من *meus*, ازانِ تو *tuus* rel. (§. 178. c.) *δεικτικῶς* additum esse videtur. Exemplis supra (§. 128) allatis adde سپاس از تو دارم پس ازکردگار *gratias ago tibi dein omnipotenti* Chr. Sch. 54, 359. سپاس از خداوند چرخ بلند *gratias domino coeli alti*, Sohr p. 180. l. 5. نشنود از دوست ابله پندرا *non audit insipiens admonitionem amici*, Pend. 50, 12. Cf. Lumsden l. l. t. II. p. 437. خانهء معدودی چند ازانِ گاویان وبعضی غربا

domus quaedam pastorum et peregrinorum H. Mon. t. I. 300, 1. امروز مشهدست ازان علی بن موسی الرضا *hodie monumentum Alii-ben-Musa Alridâ* est ib. 301. not. 101. پسری ازان این ملك *filius quidam huius regis* ib. ubi plura alia exempla editor attulit. Cf. Pend. 226, 17—20.

299. Huc refer از post praepositiones positum, quae nominum instar Genitivi nota cum sequenti vocabulo coniunguntur (§. 274) e. g. پس از مرگ من *post mortem meam* Chr. Sch. 83, 217. پیش ازین *ante hoc* (tempus) i. e. *antea*. غیر از اهل بخارا *praeter incolas Bocharae* H. Sam. 34, 12. بغیر از تو *praeter te* H. pr. reg. 18, 6 cf. Lumsden l. l. t. II. pg. 437.

300. In recentioribus praesertim libris Genitivum possessivum adhibita voce arabica مال *opes*, *possessio* circumscribi iam supra (§. 129) pluribus expositum est.

301. Genitivus *obiectivus*, quo significatur, nomen rectum proprie esse obiectum verbi transitivi vel intransitivi, a quo nomen regens est formatum, et casum verbi vel praepositionis, cum qua verbum construitur, Genitivo exprimi, e. g. کشتن اسیری *occisio captivi* Gul. 15, 1. ترك دنیا *derelictio rerum mundanarum*, ib. 76, 20. بدست آوردن دنیا *comparatio rerum mundanarum*, ib. 153, 4. زبیم گرفتاری بند *ob timorem captivitatis vinculorum* i. e. ne laqueis captaretur, Chr. Sch. 94, 128. امید نان وبیم جان *spes panis vitaeque timor* s. *periculum* Gul. 31, 21. 22. coll. 25, 11. خوابندهء شب *dormiens noctis* pro خوابنده در شب *dormiens noctu*; نشیندهء تخت

pro بر تخت نشیننده *sedens in solio.* نقش بوریا pro نقش در بوریا *pictura in storea ex fissis arundinibus contexta* PEND. 15, 10.

302. Genitivus *attributum et praedicatum subiecti indicans*, quo utuntur ad significandam materiam, similitudinem aliamve attributi rationem e. g. تخت عاج *solium eboris* s. eburneum CHR. SCH. 28, 30. دیوار خشت *murus latericius*, انگشتری زر *annulus aureus*, سفرهٔ نان *corium panis* i. e. corium, cui panis s. cibus imponitur, GUL. 76, 5. طبل شکم *tympanum* (instar) *ventris*, دایهٔ ابر *nutrix nubis* i. e. nubes instar nutricis, quae pluvia plantas colit et educat coll. Hebr. קְצִינֵי סְדֹם *principes Sodomae* i. e. principes instar principum Sodomae, et עַם עֲמֹרָה *populus Gomorrhae* i. e. populus instar populi Gomorrhae, IES. 1, 10. Graec. λευκῆς χιόνος πτέρυξ, SOPH. ANTIG. 114. al. شب یکشنبه *nox diei solis* i. e. nox quae praecedit diem solis, ALI'S SPR. 63, 12.

303. Eadem valet Genitivi ratio, si nomen, notionem universam exprimens, sequenti alio nomine speciatim definitur, quod dicendi genus re vera appositio est, e. g. شهر توران *urbs Turan*, FRAG. 24, 12. رود جیحون *fluvius Oxus*, ib. 23, 22, قلعهٔ الموت *arx Alamut* H. SEL. 169, 1, روز دوشنبه *dies lunae*, proprie dies qui est feria secunda s. dies lunae. Consentiunt multae aliae linguae, ut pluribus exemplis probavit GESENIUS Lehrgebäude der hebr. Sprache §. 175, 2.

304. Adiectiva سزاوار, شایسته, مانند al., quae

significant *dignus*, *aptus*, *similis*, quum qualitatem subiecti praedicent, construuntur cum Genitivo, e. g. نادان سزاوار نعمت وشایسته حشمت نباشد *imperitus non est, cui fortuna conveniat et qui dignus sit honore*, ALI'S SPR. 29, 9; cf. PEND. 90, 2; GUL. 111, 13; coll. GUL. 47, 8. 9. ubi سزاوار cum ب constructum legitur. ندیدم مانندهٔ او بروم *non vidi similem illius in Graecia*, CHR. SCH. 10, 119.

305. Praepositiones, quae origine sunt substantiva, casu Accusativo accipienda, vel cum praepositionibus coniuncta, quum conditionem, rationem, terminum etc. describant nominum instar statu constructo cum sequenti nomine ponuntur et iam supra (§. 274) sunt enumeratae. LUMSDEN addit praepositionem بر quam Genitivi notam accipere docet, si i. q. نزد s. نزدیك *prope*, *iuxta*, *apud* significat, vel cum praecedenti praepositione از coniuncta legitur v. c. بر تخت خسرو *ad solium regis*, CHR. SCH. 89, 41. از بر خاك *e pulvere*, ib. 90, 67; cf. FRAG. 25, 23. 28, 13. LUMSDEN l. l. t. II. p. 466 et 467.

306. Genitivus *partitivus*, partem cum toto vel totum cum parte indicans e. g. نامدارترین سلاطین *clarissimus Sultanorum*, H. SEL. 270, 12. مبلغ دویست هزار دینار *summa ducentorum millium denariorum*, H. SAM. 66, med.

307. Si unum nomen regens ad duo nomina recta pertinet, quae copula و *et* inter se sunt conjungenda, aut idem nomen regens ante secundum nomen rectum repetitur, aut eius loco ازان ponitur e. g. نام خود وازان پدر *nomen suum et (nomen) patris*, که سخن دمنه راست است

وازان دیگران دروغ *quia sermo Dimnae verus est et* (sermo) *aliorum mendax*, An. Soh. f. 77, v. l. 15.

308. Si plura nomina regentia, coniunctione quadam inter se coniuncta, ad unum nomen rectum pertinent, id quod ultimo loco positum est, sola Genitivi nota insignitur e. g. کمال فضل وبلاغت او *consummata praestantia et facundia illius* ad litt. perfectio praestantiae et facundiae illius, Gul. 4, 1. زدیدار واز فر وفرهنگ اوی * ربالای ور شاه وآهنگ اوی (laudibus extulerunt illum) *propter aspectum et maiestatem et dignitatem illius, propter equum et regem et modos agendi illius*, Chr. Sch. 3, 35. 36.

309. Genitivi notam e licentia poetica interdum omitti, si nomen regens in literam ه pronuntiatam exit, iam supra (§. 127, p. 72) observatum est e. g. که شایسته تاجی pro شایستهء *quia dignus es corona regia*, Chr. Sch. 31, 58. Sed et de aliis literis hanc licentiam valere docet exemplum بکشوْر مه ib. 87, 8 quum pro بکشورِ مه *in regionem principis* positum sit.

DATIVUS.

310. Dativi signum, quo etiam Accusativum notant (§. 130), casui Dativo semper affigitur. Si autem nomini casu Dativo posito alia nomina, eodem casu accipienda, interpretandi causa subiunguntur, prius tantum signo Dativi notetur necesse est e. g. مرا چون دیگران فضل وبلاغت نیست **pro** دیگرانرا **ad verb.** ***mihi, ut aliis praestantia et elo-***

quentia non est, GUL. 76, 2. De loco quem signum را occupat vid. supra §. 131 et infra §. 321—323.

311. Dativi usus ex ipsa huius casus notione facile intelligitur. Observetur tantum quoddam constructionis genus, in quo Dativus alius casus vices gerere videtur:

312. Sic subiectum casu Dativo ponitur, si initium sententiae facit et sequens enuntiatum relativum hunc subiecti casum exigit e. g. عالمی‌را که گفت باشد وبس * هرچه گوید نگیرد اندر کس pro عالمی که اورا *Sapiens, cui verbum est et sufficit* (i. e. si sapiens consilium affert, nec aliud quid facit), *omne quod dicit animos audientium non permovet*, GUL. 76, 23. خرّم آن فرخنده طالع‌را که چشم * بر چنین روی اوفتاد هر بامداد pro خرم آن فرخنده طالع که اورا *felix* (est) *ille faustum horoscopum habens, cuius oculus incidit in talem faciem quovis mane*, ib. 127, 18 cf. 99, 10.

313. Quae est nominis recti ad nomen regens relatio casu etiam Dativo nominis recti exprimi potest, qui ab ipso enuntiati verbo regitur e. g. رسد پیش بین آن سخن‌را بغور pro بغورِ آن سخن *Sapiens in profundum huius sermonis penetrat* ad litt. huic sermoni in profundum, BOST. این گنجینه‌را در می کشادم pro درِ این گنجینه *portam huius thesauri aperui* ad litt. huic thesauro portam. تشنه‌را دل نخواهد آب زلال *sitibundi animus non expetit aquam dulcem*, ad litt. *sitibundo animus* i. e. animus, qui est sitibundo, GUL. 52, 4 cf. ib. l. 8.

314. Qua in constructione etiam quaedam voces

inter nomen rectum et regens interiici possunt, e. g. گردن عدو pro عدورا به انصاف گردن به بند *collum inimici, ut decet, alliga.* یکی را گر توانی دل بدست آر pro دل یکی *cor unius, si potes, concilia,* Gul. 153, 5.

315. Eadem constructio locum obtinet, si pronomen suffixum antecedenti suo praecedit, quo non raro sermo obscurus oritur v. c. این منم بر سر خاك تو كه خاكم بر سر pro كه خاك بر سرم *talis ego sum super cineres tuos; utinam pulvis super caput meum* (esset), ad litt. utinam pulvis mihi super caput (esset) i. e. utinam ego quoque exstinctus ac sepultus essem, Gul. 130, 16 ubi Semelet male ای pro این.

Convenit arabica constructio, qua nomen rectum praeponunt nomini regenti adhibita praepositione لِ vel من e. g. اهلك لهم الخاصّ والعامّ pro اهلك خاصّهم وعامّهم *occidit eorum proceres et vulgum,* de Sacy gr. ar. t. I, §. 1051. وضعوا شرذمة من الاطفال منه على الممرّ pro على ممرّه *collocarunt turbam infantum in transitu eius,* ib. §. 1083 coll. t. II, §. 240.

316. Verba *dandi, loquendi* al., quae Dativum personae regunt, non solum cum praepositione بَه, qua ut arabica لِ etiam Dativus denotatur (§. 134), sed etiam cum aliis praepositionibus ut با, بر, به, بجای construi possunt. Quae quidem constructio tum semper locum habet, si obiectum verbi signo را notatum adest, quia in eadem sententia Dativus et Accusativus vel duo Accusativi hoc signo exprimi non possunt, e. g. انگشتری بوی

ارزانی داشتند *annulum illi, ut digno, dederunt*, H. SAM. 4, 10. اگر سیدرا بهٔ او سپارند *si Saidum sibi traderent*, H. SEL. 169, 11. ایالت سمرقندرا به برادران او یحیی واحمد داد *dominium Samarcandi fratribus suis Ioanni et Ahmedo dedit.* Contra cum Dat. تنگدستانرا سیم وزر دادی *pauperibus argentum et aurum dedit*, GUL. 90, 9 cf. 107, 4. SCHAHN. t. I, 286, 901. Cum با p. constructum legitur گفتن *loqui*, H. SAM. 50, 6; CHR. SCH. 10, 125. فرمودن *imperare*, ib. 67, 539; cum بر p. ستم کردن *iniuriam inferre*, GUL. 46, 8 et cum ب p. PEND. 54, 10; cum بجای p. بد کردن *malum facere*, GUL. 22, 4. Plura vid. infra ubi de praepositionibus sermo erit.

317. Verba, quae significant *dignum esse*, post se habent Dativum rei, qua dignus aliquis habetur, e. g. همی تاج وتخت کئیرا سزید *dignus erat corona et solio regio*, CHR. SCH. 57, 398.

318. Cum Dativo personae construuntur etiam verba impersonalia بایستن *oportere*, شایستن et synon. سزیدن s. سزایئدن *decere* (§. 252 et 253), e. g. کرا پادشاهی سزاید بداد * کرا پایه بایست پایه نهاد *cui regnum decet, dedit; cui dignitas debetur*, (hunc) *muneri praeposuit*, FRAG. 28, 17. نه زر بایدم اندرین نه سپاه *non auro mihi opus est ad hoc neque exercitu*, CHR. SCH. 105, 315. پادشاهرا عدل باید *regi aequitas decet*, GUL. 23, l. ult. cf. ib. 146, 18. تو دانی کنه از ظلوم وجهول چه

شاید ترا که آید *tu scis quod ex* (me) *iniusto et ignaro provenit, quod tibi conveniat,* ib. 53, 9.

319. Verbum بودن *esse*, cum Dativo personae constructum, verbi داشتن *habere* saepissime vices gerit, e. g. وگر چل سالهرا عقل وادب نیست *si quadragenarius intellectum et bonos mores non habet*, Gul. 152, 20 چو انسانرا نباشد فضل واحسان *si homo virtute et benignitate non praeditus est*, ib. 153, 2. coll. 146, 21. ملك زوزنرا خواجه بود کریم النفس ونیك محضر *rex Susorum ministrum habuit magnanimum et bonae indolis*, ib. 40, 17. بندهرا فرمان نباشد *servi non est imperare*, ib. 53, l. ult.

ACCUSATIVUS.

A. DE SIGNO ACCUSATIVI.

Accusativi signum (§. 130) in hoc casu modo prorsus omittitur, modo additur, modo ad scriptoris arbitrium vel addi vel omitti potest.

I. Accusativi signum omissum.

320. Accusativi signum prorsus omittitur in nominibus substantivis, quae n o t i o n e m g e n e r a l e m exprimunt, e. g. بلا ومحنت دید وسختی کشید *calamitatem et aerumnam expertus est et miseriam sustinuit*, Gul. 103, 20. هرکه در حال توانائی نیکوئی نکند در وقت ناتوانی بسیار سختی بیند *quicunque rebus florentibus non benefecerit, rebus labentibus miseriam videt*, ib. 174, 11 et quidem

a) si obiectum est arabicum nomen actionis, verbis faciendi, saltem in prosa, praepositum (§. 257), e. g. مراجعت کردن *redire*, استعلام فرمودن *sciscitari*, استعانت فرمودن *auxilium petere*, انتظار داشتن *exspectare* al.

b) si obiectum cum verbo, ad quod pertinet, alius simplicis verbi notionem quasi circumscribit, e. g. اندیش آوردن i. q. اندیشیدن *cogitare*, *meditari*, نگاه کردن s. نظر انداختن i. q. نگرستن *aspicere*, *intueri*, نگار کردن i. q. نگاریدن *pingere*, کار بستن i. q. کردن *facere*, *agere*, سخن راندن s. سخن کردن s. گفتن ـ گفتن i. q. *loqui*, راه پیمودن i. q. رفتن *ire*, *proficisci*, پرستش کردن i. q. پرستیدن *adorare*, بند کردن i. q. بستن *ligare*, رقم کشیدن i. q. نبشتن *scribere* al.

c) in omnibus dicendi formulis, quae nomine substantivo, ut obiecto, et verbo transitivo constant, ut رزم آوردن *bellum inferre*, در بستن *portam claudere*, داد دادن *ius dare*, گوی باختن *pila ludere*, H. Sam. 72, 16, بر گرفتن *fructus ferre*, شمشیر کشیدن *gladium stringere*, صف کشیدن *aciem instruere*, درفش زدن *vexillum infigere*, پر زدن *plaudere alis*, سر بر زدن *caput attollere*, دست کوتاه کردن *manum brevem facere*, i. e. se abstinere a re c. از r., Gul. 36, 13 al.

d) si Accusativus ad obiectum sententiae referendus est et praedicati accuratius et diligentius describendi causa additur, de quo vid. infra §. 326, 2, a. b. c. d.

e) si Accusativus tempori vel spatio vel loco

indicando inservit; exempla vid. infra §§. 330—332. Denique

f) si Accusativus est casus adverbialis, quo adverbia e nominibus formantur, d. q. vid. infra §. 333, coll. §. 272.

II. Accusativi signum additum.

Accusativi signum additur, si Accusativus non indicat obiectum verbi transitivi, sed aliam quandam rationem significat, quae alio casu vel constructionis genere accuratius exprimitur. Talis est Accusativus sententiae instar casus absoluti praepositus, et quo in exclamatione vel affirmatione utuntur, ut infra §§. 328, 329 pluribus docebitur.

III. Accusativi signum modo additum modo omissum.

Si Accusativus est obiectum verbi transitivi, eiusdem casus signum, nisi ex regulis modo praescriptis plane reiiciendum est, ad scriptoris arbitrium modo scriptum modo omissum reperitur, nec perpetuum quidquam in hoc praescribi posse videtur, quum ipsi Persarum scriptores haud inter se consentiant et Accusativum unius eiusdemque verbi hoc loco signo را exprimant, alio autem loco idem signum omittant. En exempla utriusque constructionis : وما لشكريانرا در بلا ومحنت اندازد H. Mon. t. I, 238 l. ult., cf. Gul. 38, 13 collato كه در خاطر ايشان چنين انديشها مى اندازد H. Mon. t. I, 236, 12; cf.

Gul. 17, 19. — ورساله‌را بخواندند ib. 41, 13 collato لطف طبعش‌را بدیدند ib. 23, 16. — کتاب شاهنامه خواندند ib. 33, 13 collato یاران ارادت من در حق او بخلاف عادت دیدند ib. 64, 17. — وهمچنین سایر ولایت‌را بباقی ملازمان درگاه ارزانی داشته H. Sel. 107, 14 cf. H. Sam. 4, 14; Gul. 50, 10 collato آن مرزوبوم بسلیمان بن قتلمش بن اسرائیل بن سلجوق ارزانی داشت H. Sel. 106, 12 cf. H. Mon. t. I, 216, 11 et 236 l. ult. — تنی چند از مردان واقعه دیده وجنك آزموده‌را بفرستادند Gul. 19, 13 collato طبیبی حاذق بخدمت مصطفی علیه السلام فرستاد ib. 85, 12 al. — Hoc unum tantum de hac re praecipi posse videtur, in ambiguo inprimis sermone et si Accusativus pro Nominativo haberi possit, Accusativi signum ponendum esse.

De loco, quem signum را occupat, haec notentur:

321. Signum را nomen Accusativo vel Dativo positum semper sequitur; si autem nomen una alterave voce magis definitur, ultimae voci, quae ad alterutrum casum pertinet, adiungitur, de quo vid. §. 130 et 131. — Eadem de causa hoc signum in fine integrae propositionis, quae pro Accusativo vel Dativo accipienda est, collocatur e. g. ستانندهٔ اسب ازوی‌را بمن رسان *eum, qui equum ex illo erepturus est, ad me perduc.* H. Sel. 208 fin.

322. Si nomen, ad quod signum را pertinet, partem multitudinis significat, adhibita sequenti praepositione از *ex* magis definitae, hoc signum aut ante praepositionem از poni, aut nomini, quo multitudo indicatur, affigi potest,

e. g. یکیرا از ملوک عجم Gul. 23, 7 cf. 39, 1; 51, 1; 67, 13 collato یکی از علمای راسخرا ib. 75, 17 cf. 19, 13 یکی از ایشانرا H. Sel. 143 l. antp. cf. 150, 10; 255, 4; Wilk. Chrest. 135, 3; H. Ism. 210, 1.

323. Si nomini Accusativo vel Dativo posito sententia arabica, ad hoc nomen referenda, subiungitur, signum را aut alterutri casui additur, e. g. منّت خدایرا عزّ وجلّ Gul. 1 init. cf. 56, 14; 69, 17 aut post sententiam arabicam collocatur, e. g. هرکه خلق خدای خدای عزّ وجلّرا تعالیرا بیازارد ib. 37, 13 ubi ed. Taur. legit. ومضمون انا عند المنکسرة قلوبهمرا منظور داشته H. Sel. 198, 14.

B. DE USU ACCUSATIVI.

Verba transitiva suum requirere Accusativum, non eget explicatione.

324. Verba intransitiva proprie quidem Accusativum non regunt, saepe tamen requirunt, si per metonymiam et praepositionis ellipsin in activam transeunt significationem, e. g. باریدن *pluere* trans. *profundere* in locutione اشك باریدن *lacrymas profundere*, Chr. Sch. 107, 341. باختن *ludere*, trans. *in aleam dare*, ut جانرا باختن *vitam in aleam dare, de vita dimicare*, Pend. 99, 5. — نالیدن *gemere*, *lamentari*, trans. in locut. زار نالیدن *gemitus edere*, Chr. Sch. 56, 386. — تاختن *currere*, trans. i. q. دوانیدن *ad cursum impellere*, ut اسب تاختن *equum incitare*, Pend. 99, 6 et *persequi* Chr. Sch. 19,

241 et 242. — گذاشتن *transire*, trans. *transire facere, perducere*, vid. Glossar. Chr. Sch. s. v. — رسیدن *venire, pervenire* ad c. praepos. et c. Accus. e. g. باران رحمت بی حسابش همه را رسیده *imber misericordiae eius infinitae ad omnes pervenit*, Gul. 1 bis, 6. trans. *invadere* (befallen) ut وامیر در مملکت بیگانه ملالی رسد *et* (ut) *Emiro in ditione aliena ingratum quid accidat*, H. Sam. 6, 3 infr. — ساختن *facere* et signif. intrans. i. q. در ساختن *contentum esse* c. praep. با vel به et cum accus. ut من این نان وپیاز بسازم *ego hoc pane et cepa contentus ero*, H. pr. r. 9, 9; cf. Pend. 96, 7.

325. Huc pertinet etiam *obiectum absolutum* (مفعول مطلق), quo nomine Arabum grammatici Infinitivum (مصدر) designant, si verbo finito Infinitivus eiusdem verbi vel synonymi ut obiectum subiungitur, quo verbi notio magis definiatur ac restringatur. Vid. de Sacy Gr. ar. t. II, p. 113; Ewald Gr. crit. ling. ar. t. II, p. 37. Talis constructio, in Hebraeorum sermone usu quoque recepta, in Persarum scriptoribus raro tantum reperitur, ut docet Lumsdenius (a Gram. t. II, p. 208 et 209), qui e solis poetarum operibus exempla allegare potuit. Versus sunt poetae Nizâmi

بیا ساقی از باده بردار بند * به پیمای پیمودنی باده چند

„*Veni pocillator, cinculis solve vinum; metiri aliquot mensuras vini.*“

بجنبید جنبیدنی با شکوه * چو از زلزله کالبدهای کوه

„*Surrexit surrectionem cum maiestate, ut terrae motu* (surgunt) *montis moles.*“

et Saadii

نگه کرد رنجیده بر من نقیه * نگه کردن عالم اندر سفیه

„Intuitus est me torvis oculis doctor, ut doctus intuitur stultum (ad verb. intuitu docti stultum)."

326. Geminum Accusativum rei vel personae diversae regunt :

1) Verba causativa, quae a verbis transitivae significationis sunt formata e. g. اورا شربت فنا چشانیدند *poculum mortis eum haurire fecerunt*, H. Sam. 32, 12. اعیان دیالمه یکدیگررا خلعتها پوشانیدند *principes Dailemitarum mutuo vestes honorarias induebant*, H. Bui. 20, 5. اورا خلیفهٔ خویش گردانید *eumque sui locum tenentem constituit*, H. Sam. 56, 3 infra cf. ibid. 4, 8. 9. H. Sel. 131, 2; H. Bui. 28, 4; Gul. 36, 21.

2) Verba transitiva, quae praeter suum Accusativum assumunt alium, quo id, quod de primo obiecto enuntiandum est, accuratius describitur atque explicatur, quem ampliorem Accusativi usum Arabum grammatici term. technico حال *status* exprimunt. Talia inprimis sunt

a) Verba *videndi, cognoscendi* et sim. ut توانگر زادهٔ را دیدم بر سر گور پدرش نشسته وبا درویش بچهٔ مناظرهٔ در پیوسته *divitis cuiusdam vidi filium patris sui tumulo insidentem et cum pauperis filio disceptantem*, Gul. 156, 16; cf. 74, 10—12; 142, 15. وخلیفهٔ مستعصمرا بی رای وتدبیر وسادهدل دید *et* (quum) *Chalifam Mostasem consilii expertem, administrationis imperitum et ingenii*

imbecilli cognosset, ib. 226, 7 coll. 234, 2. که دیدندش گریزان وافتان وخیزان *quem (vulpem) videbant fugientem, cadentem et surgentem*, GUL. 32, 14 coll. 34, 2. 48, 4. 50, 10; PEND. 19, 2. وبغیر ازو هیچکس حاکم خود نبیدانیم *et praeter illum neminem dominum nostrum agnoscimus*, H. SEL. 185, 4. cf. GUL. 99, 19.

b) Verba *docendi* e. g. بیاموز اورا ره وساز رزم * همان شادکامی وآئین بزم *doce illum artem armaque belli, voluptates etiam et convivii ritus*, CHR. SCH. 63, 483. سیصد وپنجاه ونه بندش در آموخت *trecenta quinquaginta novem artis genera illum docuit*, GUL. 43, 19 cf. 21, 8. 9.

c) Verba *appellandi*, *existimandi*, *habendi*, *faciendi et reddendi* e. g. که اورا امیر سعید میگفتند *quem Emirum Saidum* (principem fortunatum) *appellabant*, H. SAM. 34, 15 cf. ibidem 90, 1. وسایل اورا حرّ داند وآزاد خواند *et ille qui petit illum virum ingenuum agnoscit et liberum appellat*, ALI'S SPR. 31, 2. دشمن نتوان حقیر وبیچاره شمرد *hostem miserum atque inopem existimare haud decet*, GUL. 21, 3 cf. ib. 33, 7. 169, 3; H. SEL. 115, 5. 6. تا درشتی هنر نپنداری *ne corporis molem virtutem habeas*, GUL. 17, 22. وامیر نوح مقدم اورا گرامی داشته *Emir Nuh eius adventum amplissimi honoris putans*, H. SAM. 54, 2. پسر خویش محمدرا ولی عهد کرده بود *filium suum Mohammed successorem constituerat*, H. ISM. 221, 6. 7 cf. GUL. 18, 7. که محمد وملکشاه..... پادشاه سازند

ut Mohammedem et Melikschahum reges facerent, H. Sel. 204, 2. قومی‌را بهره‌ور ومحظوظ کردن *aliquos participes* (beneficii) *et fortunatos facere*, ib. 133 fin. وترکان‌خاتون.. با جمعی از مشاهیر امرا اسیر ودستگیر کردند *et Turkan Chatun . . et Emiros quosdam nobiles captivos et manu captos fecerunt*, ib. 180, 5. 6 cf. 231, 13. وهر روز خلقی‌را بی گناه می ستدند *et quovis die homines quosdam* (ut) *innocentes comprehenderant*, H. Mon. t. I, 226, 4. در قیامت مرا نابینا بر انگیز *die resurrectionis me* (ut) *coecum suscita*, Gul. 54, 6. 7.

d) Verba *tegendi* vel *induendi* e. g. تنش‌را یکی پهلوانی قبای بپوشید *corpus eius tunica pehlewanica tegebat*, Chr. Sch. 58, 415.

327. In gemino Accusativo aut primario tantum obiecto signum را affigitur, aut in utroque plane omittitur ut exempla §. 326, 2, a. b. c. allata optime docent.

328. Accusativus non semper est obiectum, quod a verbo regitur, sed saepe etiam absolute ponitur et est casus adverbialis, quo variae rationes exprimuntur. Sic haud raro Accusativus nominis substantivi, quod ipsum subiectum est, sententiae *absolute* praeponitur, quo vis sermonis magis augeatur e. g. پادشاهی‌را شنیدم که بکشتن اسیری اشارت کرد *regem quendam* (quod attinet) *audivi*, (illum) *captivum interficere iussisse*, Gul. 15, 1. ظالمی‌را حکایت کنند که هیزم درویشان خریدی بحیف *iniquum quendam* (quod attinet) *narrant*, (illum) *ligna a pauperibus iniuste emisse*, ib. 42, 20. اسیر بند شکم‌را

دو شب نگیرد خواب *vinculo ventris captum* (quod attinet), *duas noctes somnum non capit*, ib. 178, 18 coll. 23, 7. 28, 3. 38, 11. 76, 22. 95, 8. 150, 15.

329. Idem nominis substantivi casus in exclamatione vel affirmatione sententiae praeponitur e. g. خدارا بر من بیدل به بخشای *Deum! propitius esto mihi cordis experti*, Dschami in Seven Seas t. VII, p. 34. خصم می گوید که نشکیبد همام از نیکوان * راستیرا هرکه جان دارد بدیشان مایل است *inimici dicunt: Homam patientiam rumpit ob pulchras mulieres; profecto, quicunque animam possidet amore rapitur ad illas*, Lumsden l. l. t. II, p. 516 et 517. قضارا طبیب اندر آن شب بمرد *o sortem! medicus illa nocte mortem obiit*, ib. l. l. cf. Seven Seas t. VII, p. 34. قضارا از کسان او یکی حاضر بود *forte quidam ex familiaribus illius praesens erat*, Gul. 70, 13. قضارا بر در شهری بتهمت جاسوسی گرفتار آمدند *fato ad alicuius urbis portam explorationis suspecti arripiebantur*, ib. 86, 18.

330. Accusativus *tempus* indicat et quidem non solum spatium, intra quod actio cadit, sed etiam ipsum tempus quo aliquid fit, e. g. چندین مدت کجا بودی *per tam longinquum tempus ubinam fuisti?* Gul. 38, 15. دوازده روز متعاقب با یکدیگر جنك کردند *duodecim dies continuos inter se pugnabant*, H. Bul. 21, 1. خواست که تا چند سال آنجا مقیم گردد *aliquot annos ibi commorari voluit*, Wilken Chrest. 137, 12. مدت بیست ویك سال در بغداد امیر الامرا بود *per spatium unius et viginti*

annorum in urbe Bagdad Emir-alomra fuit, H. Bui. 23, 4. سال وماه *annos et dies* i. e. semper, Ali's Spr. 51, 2 inf. آن زمستان *illo hieme*, H. Sel. 42, 1 coll. 228, 1. شبهنگام *tempore noctis*, ib. 105, 8. لحظه *unum momentum*, ib. 102, 9. روز درماندگی *die miseriae* i. e. in resurrectione, Gul. 57, 10. سالی *anno quodam*, ib. 26, 14. وساکنان جهت نقل اسباب سه روزه مهلت خواستند وچهارم لشکریان بر آمدند *incolae* (urbis obsidione clausae) *trium dierum dilatationem petebant*, *ut res suas asportare possent*, *quarto autem* (die) *milites intrabant*, H. Mon. t. I, 214, 5. 6 coll. Chr. Schah. 15, 199 et 201. Gul. 42, 12. 13.

331. Accusativus *locum* significat, ubi aliquid fit, e. g. وفرزند اورا جائی دیگر دفن کردند *eiusque filium in alium locum humabant*, Pend. 18, 15. آنجا *ibi* al.

332. Accusativus *spatium* et *mensuram* exprimit, e. g. دو منزلم استقبال کرد *duorum dierum iter mihi obviam venit*, Gul. 34, 2 coll. H. Sel. 58, 3. چند فرسنگ از عقب او رفته *postquam aliquot parasangas illum persecutus erat*, H. Bui. 21, 2.

333. Denique huc pertinent substantiva Accusativo casu adverbiali posita, quae adverbiorum vice fungi possunt. Exemplis iam supra §. 272 allatis adde بارها *temporibus* (quibusdam) i. e. interdum, Gul. 31, 8. بار دیگر *aliam vicem*, ib. 30, 8.

PRAEPOSITIONES.

Ceteri casus Instrumentalis, Ablativus et Locativus, quum non flexione nominis sed ope praepositionum exprimantur, hoc capite praepositionum doctrinam exponere haud alienum erit.

334. Sola praepositio از motum e loco significat respondens arabicis من *a* et عن *ex*, quae ita inter se differunt, ut من notionem *separandi*, *procedendi*, عن autem *recedendi* et *se avertendi* habeat, cf. DE SACY Gr. I, §. 1066 sqq. et 1081 sqq. EWALD Gr. ling. ar. §. 573 sqq. et 579 sqq. — Quod notionis discrimen optime apparet non solum in verbis arabicis cum عن constructis, quae in persicum sermonem recepta praepositionem respondentem از postulant, sed etiam in verbis persicis, quae cum synonymis arabicis significatione conveniunt, si cum iisdem praepositionibus construuntur, e. g. پرداختن arab. شغل significat *occupatum esse re*, si cum به s. با s. بر construitur, sequente autem از arab. عن *negligere rem* ut ندانم کی بحق پردازی از خویش *nescio, quando te neglecto de Deo cogitabis*; GUL. 189, 4. زتو با مصلحت خویش نمی پردازم *te neglecto rebus meis propriis non occupatus ero*, PEND. 263, 2 cf. GUL. 42, 9; H. ISM. 190, 15. Dein etiam cum Accusativo *relinquere rem tradendo alteri* c. به alt. ut ومنزل بدیگری پرداخت *et domicilium alteri vacuum reliquit*, GUL. 6, 19 coll. 186, 12. — Eodem modo locutioni arab. قطع اللسان c. عن r. respondet

persica زبان بریدن c. از r. e. g. زبانش زهجو ببریدی *linguam eius ab irrisione abscidisti*, i. e. linguam eius prohibuisti, quo minus irrideret, ALI'S SPR. 51, 10 coll. 6. 7 et 98, 78. — Porro گذشتن c. بر vel acc. significat *praeterire* personam, locum GUL. 38, 6; CHR. SCH. 44, 222; H. SAM. 56, 4, sed cum از ar. عن *transgrediendo se removere*, *avertere a re* ut *traiicere flumen*, CHR. SCH. 17, 223, *transgredi* fines, modum H. SAM. 108, 2, *non observare* praeceptum CHR. SCH. 67, 536 coll. 6, 76 al. et ut syn. arab. جاز c. عن metaphorice dicitur de *condonando* crimine, H. SAM. 132, 13; ALI'S SPR. 59, 19. Alia exempla sunt عمرو ازوی راضی گشت *Amru eo contentus fuit*, H. pr. r. 13, 3. صبر بر جفای او سهلتر نماید که صبر ازو *patienter ferre exagitationes illius facilius est*, *quam patientem esse illo absente*, i. e. quam ipso prorsus carere, GUL. 121, 9.

335. Huc pertinent etiam locutiones in quibus, ut in arabica lingua, notio *avertendi*, *negligendi* sola praepositione از ar. عن exprimitur, e. g. چو رخت از مملکت بر بست خواهی *si sarcinas colliges ex regno* (mundi), i. e. ut discedas ex hoc mundo, GUL. 81, 21. از بدی گفتن هرکه لسانرا بست *quicunque linguam cohibet* (ad litt. alligat) *a malo sermone*, i. e. ne malos sermones proferat, PEND. 77, 6. از کلمهء حق خاموش شدند *a vero sermone obmutuerunt*, i. e. obmutuerunt, ne verum dicerent, GUL. 34, 5. چشم پوشیدن seq. از *oculos claudere a re*, i. e. ne videatur res, ib. 13, 20. بازماندن

seq. از p. *remanere* ab aliquo, i. e. aliquo mortuo, ib. 14, 4. از تاویل آن عاجز ماندند *infirmiores erant*, *quam ut illud* (somnium) *interpretarentur*, ib. 16, 9. بمانی زدیدار فرخنده ماه *manebis procul ab aspectu lunae fortunatae*, i. e. nunquam aspicies illam, Chr. Sch. 103, 278.

336. Igitur cum از construuntur verba quae in genere separationem quandam indicant, ut verba *removendi*, *se avertendi*, *prohibendi*, *abstinendi*, *liberandi*, *servandi*, et quae animi affectus *fastidium*, *moerorem*, *metum*, *gaudium* simil. exprimunt, e. g. جدا کردن *separare*, Frag. 23, 26. جدا شدن s. جدا گشتن *separari*, Ali's Spr. 39 l. antep. Chr. Sch. 35, 109. راندن vel افکندن *expellere*, H. Sam. 156, 17; Chr. Sch. 91, 82; Frag. 24, 11. گریختن *fugere*, Pend. 116, 7. نهفتن s. پنهان داشتن پنهان شدن *abscondere*, Pend. 70 l. ult. *se abdere*, ib. 90, 8. دادی کردن *querelam facere*, Pend. 96, 5 cf. Ali's Spr. 29, 12. گشتن *se avertere*, Chr. Sch. 29, 40; Frag. 21, 11. دست باز داشتن s. دست شستن s. دست کوتاه کردن *desistere*, *se abstinere a re*, *renuntiare* rei, H. Sam. 12, 4; 46, 3; Pend. 41, 1. 2; 115, 6; Gul. 15, 3; 169, 23. بر حذر بودن s. حذر کردن *cavere sibi*, Gul. 28, 18; Pend. 81, 12. پرهیز کردن s. احتراز کردن s. دور بودن *evitare*, Pend. 73, 3. 42 l. antep. Gul. 187, 20. رستن s. رسته گشتن *liberari*, *evadere*, ib. 22, 22; Chr. Sch. 19, 251; Pend. 40 l. ult. 41, 9. آزاد بودن *liberum esse*, Pend. 37, 4 inf. نگاه داشتن *custodire*, *servare*, Pend. 104, 9. رنجیدن *aegre ferre*,

irasci, H. SAM. 38, 4; 66, 3 inf.; GUL. 187, 22. ملول شدن s. ملول بودن *fastidio*, *taedio* alic. rei *capi*, PEND. 89 fin.; GUL. 70, 14. ترسیدن *metuere*, GUL. 25, 14. اندیشیدن *sollicitum esse*, *timere*, GUL. 41, 9 (cf. भी *timere* cum Ablat., LASSEN Anthol. 63, 4. शङ्कित *timens* c. Abl., ib. 38, 2). شادی کردن *gaudere*, PEND. 96, 4. شرم داشتن *pudere*, GUL. 2, 16. خندیدن *ridere*, CHR. SCH. 8, 101; GUL. 21, 12. عجب بودن *mirum esse*, GUL. 118, 22.

337. Dein iungitur cum verbis *detegendi*, *aperiendi*, *nuntiandi*, *interrogandi*, occultum quasi a re averti significans, qua in constructione از arabico عن plane respondet, e. g. گشادن s. گشودن *aperire*, *nudare*, Jos. et ZUL. 69, 22; 144 l. ult.; GUL. 19, 15; CHR. SCH. 71, 3. خبر داشتن *notitiam habere*, *nosse*, PEND. 45, 6; 123 l. ult. coll. GUL. 37, 13. آگاهی دادن *nuntiare*, ib. 18, 13. آگاه شدن s. آگاه یافتن *nuntium accipere*, *certiorem fieri*, FRAG. 21, 1. 3 coll. 22, 22. آموختن *discere* ab aliq., PEND. 111, 9; GUL. 3, 11; 13, 13. پرسیدن s. سوال کردن *quaerere* ex aliq., *interrogare*, GUL. 25, 6; 187, 16 et c. از rei, de qua interrogatur, ib. 80, 3. جستن *petere* ab aliq., PEND. 95, 3. 2 infra.

338. Hinc ut arab. عن in traditionibus et dictis aliorum referendis adhibetur et si aliquid alius auctoritate faciendum est, e. g. این سخن دارم زاستادان سبق *hanc sententiam recepi a magistris*, *qui me erudiverunt*, PEND. 106, 8. که بشنیدم از گفتهٔ باستان *quam* (nar-

rationem) *accepi ex dictis maiorum*, Chr. Sch. 71, 2 cf. Pend. 108, 6. در خبر است از سرور کاینات *in traditione est a principe creaturarum* (Mohammede), Gul. 1 bis, 22 cf. 37, 13.

339. Praepositio از, proprie separationem indicans, adhibetur ad significandum unde res oritur, procedit, e. g. زخانه آمدند *e domo exierunt*, Chr. Sch. 9, 107 cf. Gul. 40, 19. فرود آمد از ابر *descendit ex nube*, Chr. Sch. 42, 197. زسام بار داشت *ex Samo gravida fuit*, ib. 35, 107. گناه از من است *culpa ex me est*, i. e. ego in culpa sum, Gul. 40, 17. زشاهان مرا دیده بر دیدنست * زتو داد واز من پسندیدنست *a regibus iussus sum, te in oculis habere, a te iustitia* (proficiscitur), *meum est collaudare*, Chr. Sch. 31, 65. 66.

340. Hinc de loco et tempore terminum significat, a quo incipitur, e. g. زچهرم بیامد بشهر صطخر *ex* (urbe) *Tschirem se contulit ad urbem Istachr*, Chr. Sch. 21, 269. ... ازان گرم سنگ * ببردش دمان تا بالبرز کوه *ex hoc saxo calido portavit illum usque in montem Alborz*, ib. 42, 198. زگرشاسب تا نیرم نامدار *a Gerschasb ad Niremum celebrem*, ib. 32, 81. از روزگار نخست *inde a tempore praeterito*, i. e. primis temporibus, ib. 80, 148; cf. H. Sel. 115 l. antp.

341. Ex notione separandi praepositionis از eiusdem usus ad discrimen, quod est inter res sibi oppositas, significandum explicari potest, e. g. گر کسی خاک مرده باز کند * نشناسد توانگر از درویش *si quis terram mortuorum aperit*,

divitem a paupere non cognoscet, i. e. non discernet, Gul. 45, 13 coll. arab. الله يعلم المفسد من المفلح *deus novit impium a pio*, i. e. discernit, Ewald Gr. II, 61, §. 575.

342. Si res inter se comparantur, discrimen comparativum etiam sola praepositione از *prae* notari potest, ut Hebraeorum sermo docet, quum gradum comparativum respondente praepositione מִן praecedente positivo exprimat. Eadem constructio in persico adiectivo به *bonus*, کم *parum* paucisque aliis usu recepta est, si sequitur از *prae* vel كه *quam*, ut exempla supra (§. 145) allata probant; quibus adde وقت طاعت کم نباشد از حریف *tempore obedientiae (Deo praestandae) minor non erit homine ad quaeque tentanda promto*, Pend. 124, 6. سوال کردی کم از مرتبهء من *quaestionem proposuisti minorem ordine meo*, Rosen Narr. 57, 5. — Saepe etiam adiectivorum به, کم al. gradus comparativus, ut in ceteris fieri solet, cum praepositione از vel coniunctione كه *quam* coniungitur de q. v. infra §. 416.

343. Porro از significat rem, qua aliquid constat, e. g. خشتی از سیم وخشتی از زر *later ex argento et later ex auro* (constans), Gul. 96, 4. زخاراش گهواره *e saxo illi* (erant) *cunae*, Chr. Sch. 41, 189 cf. 74, 46 sqq. تنی چند از بندگان سلطان *nonnulli ex servis Sultani*, Gul. 111, 22. طایفهء از دوستان *coetus amicorum*, ib. 126, 8 cf. II. Sel. 68, 12; 111 l. ult.

344. Hinc ut arab. مِن saepe partis designandae

causa adhibetur, nomine, partem significante, plerumque omisso, e. g. مهمان هست از عطاهای کریم *hospes est ex donis* (Dei) *benignissimi*, scil. donum, PEND. 90, 7. هرکه او باشد زمردان خدا *quicunque est ex servis Dei*, i. e. unus servorum Dei, ib. 122, 3 inf.; cf. 29, 5. 7; 40, 12; GUL. 45, 22. بگردش زخاصان کار آزموی *circa illum* (erant) *ex principis familiaribus usu atque exercitatione praeditis*, scil. nonnulli, CHR. SCH. 92, 94.

345. Dein praep. از causam vel rationem indicat, qua aliquid fit et valet *ob*, *propter*, e. g. زبالای او فتنه بازان شده *ob staturam suam proceram tormentum falconum facta est* (puella), CHR. SCH. 98, 197 coll. 192 et 196. زشادی رخش تازه شد چون بهار *prae gaudio genae illius florentes factae sunt instar veris*, FRAG. 31, 26. همی مردرا دل بر آید زجای * از آواز اسبان وبانگ سران *viris animus concidit ob hinnitum equorum et clamorem ducum*, CHR. SCH. 15, 194. 195 cf. 38, 151; PEND. 111, 3. از چه *quare*, *cur*, CHR. SCH. 8, 94.

346. Denique ut aliae praepositiones casui modali vel instrumentali exprimendo inservit, e. g. از مویش بگرفتند *capillis illum prehendebant*, GUL. 24, 21. از دست پاك كردن *manibus purificare*, ROSEN Narr. 36, 8; cf. 90, 5. از شمشیر بقتل رسانیدن *gladio interficere*, ib. 72 fin. از چشم دیدن *oculis videre*, ib. 50 med. چراغ از دم کشتن *lucernam halitu exstinguere*, PEND. 111 fin.; cf. ib. l. 3 et 66, 11. پر کردن *implere* c. از r. CHR. SCH. 9, 55 unde adiectivum پر *plenus* c. از r. construi solet; sine

praep. از adiectivum پر cum sequenti nomine compositum efficit, e. g. سری پر زپاسخ دلی پر گمان *caput responso repletum*, *cor dubiis plenum*, Schahn I, 176, 743. زین گونه ای پر هنر *o* (fili) *robore plene*, ib. 196, 974. *hunc in modum*, Chr. Sch. 30, 51. Adde از در در آمدن *per portam intrare*, Gul. 7, 19 et metaph. با کس از در دوستی در آمدن *per portam amicitiae cum aliquo intrare*, i. e. amicitiam cum aliquo inire, H. Sel. 15, 1; 22, 1 coll. arab. ندخل البيت الاقصى من النقب الذى نقبنا *intravimus domum extremam per foramen a nobis cavatum*, Taber. Ann. 72, 9. — At in aliis eiusmodi locutionibus از valet *ex* et nomen subaudiendum est, quod ad در آمدن *intrare* pertinet, e. g. از خواب در آمدن *e somno intrare*, scil. in vigiliam i. e. e somno exire, expergisci, Anv. Soh. 202 v., 3. سگی... از گوشهء در آمد *canis ex angulo intravit*, scil. in apertum i. e. canis angulo egressus est, ib. 187 v., 20 cf. Semelet ad Gul. p. 208.

De praep. از in Genitivo possessivo circumscribendo adhibita vid. supra §§. 128, 298 et 299.

Ellipsis praepositionis از in quibusdam loquendi formulis locum habet, e. g. پدر بر پدر *a patre ad patrem* pro از پدر Chr. Sch. 31, 67. پا تا بسر pro از پا *a pede usque ad caput*. سر بسر *omnino*, *prorsus*, de q. v. Gloss. Chr. Sch. s. v.

347. Praepositio به s. ب praefixa significat

a) motum ad locum aut rem eamque ob causam

ut arab. إلى et على cum verbis eundi et directionis ad rem construitur. Exempla ubivis sunt obvia.

b) quietem in loco indicans ad praepositionem در *in* eandem habet rationem, quam arab. praef. بِ ad فى.

Sensu locali et temporali, qui praepositioni در *in* arab. فى proprius est, saepissime legitur, si nomen, ad quod praep. به pertinet, sequitur ipsa praepositio در s. درون s. اندر s. اندرون, quo dicendi genere, in poetico inprimis sermone usitatissimo, praepositioni به significatio praepositionis در tribui videtur, e. g. بدين بنده در *in hoc servo*, GUL. 4, 10. بدوزخ درون *in orco*, FRAG. 21, 15. بدست اندر *in manu*, GUL. 157, 22. بچشم اندرون *in oculis*, CHR. SCH. 21, 268.

Attamen به et per se positum haud raro significatione praepositionis در legitur, e. g. بخلخ *in* (urbe) *Challach*, FRAG. 26, 9. بهنگام بهار *tempore veris*, H. SEL. 57, 12. بوقت فرصت *tempore opportuno*, GUL. 21, 16. بجهان *in* (hoc) *mundo*, هر روز بشهری وهر شب بمقامی وهر دم بتفرج گاهی *quovis die in nova urbe, quavis nocte in novo loco, quovisque momento in novo loco voluptario*, GUL. 99, 5; cf. ib. l. 8 cum l. 11. ببسيار سال *per multos annos*, SCHAHN. I, 232, 245.

348. Eodem modo به significationem praepositionis بر accipere potest, si sequitur ipsa haec praepositio ut بخود بر آتش دوزخ مکن تيز *noli acuere super temet ipsum ignem inferni*, pro بر خود GUL. 174, 8. بسر بر نهاد *capiti*

imposuit, Chr. Sch. 26, 4; cf. 38, 150, aut si pro بر ponitur, de quo vid. infra s. praep. بر.

349. Ad notionem quietis in loco referenda est constructio praepositionis به cum verbis *adhaerendi*, *iungendi* et similibus, quae notionem *tangendi* continent, conveniens cum arabica verborum eiusdem significationis. Qua in constructione saepe etiam cum praepositionibus synonymis در *in* et با *cum* commutatur, e. g. آويختن et در آويختن *adhaerere* c. به et در ut arab. علق c. ب et فى Gul. 10, 6; 24, 21; Ali's Spr. 39, 15 inde *luctari* c. به et با p. Wilken Chrest. 168 init.; Gul. 44, 4. پيوستن *se coniungere* c. به et در p. H. Sam. 38, 14; Gul. 21, 15 et c. با ib. 186, 14. كوشيدن *operam dare*, *studere* c. به et در r. Ali's Spr. 15, 17; 29, 18; 35, 5 inf. 37, 7; Gul. 23, 13. نگرستن *intueri*, *respicere*, *considerare* c. به, در et acc. ut arab. نظر c. ب, فى et acc. Chr. Sch. 42, 202; Pend. 60, 8; 56, 5; cf. Ali's Spr. 5, 17; 7, 16; 11, 7 al. Adde بخيال باطل در جهان برود *cum imaginatione inani in mundum ibit*, Gul. 100, 23. تو كه چراغ نبينى بچراغ چه بينى *tu qui* (ipsam) *non vides facem, face praelucente quid videbis?* ib. 77, 8.

350. Hinc derivandae sunt significationes: *quod attinet*, *ad*, *secundum*, cum notione *tangendi* cohaerentes ut مرا دشنام داد بمادر *calumnias in me coniecit ad matrem pertinentes*, Gul. 48, 5. اى آنكه باقبال تو در عالم نيست *o tu, cui nullus in mundo* (similis) *est quod ad fortunam*

tuam, Gul. 28, 8. بقوت ازو کمتر نیستم بصنعت با او برابرم *robore ipso minime inferior sum, arte illi par*, ib. 43, 23; cf. 81, 16; Chr. Sch. 19, 251; 35, 111. بسال از شما کهترست *annis minor est quam vos*, Schahn. I, 154, 470. بتاویل شرع *secundum interpretationem legum*, Gul. 40, 7. بکام دوستان *ad voluntatem amicorum*, ib. 20, 24.

351. Eodem pertinet praepositionis به usus in iureiurando, quia iurans rem, quam advocat, praesentem sibique quasi coniunctam exhibet, ut بیزدان *per Deum*, Chr. Sch. 108, 349. بعزت عظیم وصحبت قدیم *per gloriam excelsi* (Dei) *et antiquum* (nostrum) *consortium*, Gul. 8, 6 cf. 130, 8.

352. Praep. به etiam praedicato ut arab. ب praeponi potest et valet *tanquam*, *ut*; attamen hic usus non tam late patet, quam in arabica lingua, e. g. ودرختانرا بخلعت نوروزی قبای سبز ورق در بر کرده *et arbores viridi foliorum toga, ut veste honoraria, quae novi anni initio donatur, amixit*, Gul. 1 bis, 15; cf. Anv. Soh. 70 v., 7; Sohr. 201, 5.

353. Ante Infinitivum vel arabicum nomen actionis posita indicat id, cuius causa aliquid facimus, e. g. اشارت بکشتن او کرد *illum interfici iussit*, Gul. 40, 1; cf. 39, 10; H. Sel. 39, 3; 96, 9. بپرسیدن آن تعجیل مکن *ad interrogandum hoc ne festina*, Gul. 186, 6 cf. Pend. 121, 9. بسی بر نیامد که بنی عمّ سلطان بمنازعت بر خاستند وبمقاومت لشکر آراستند *non multo post patrueles*

Sultani ad bellum gerendum insurgebant et ad repugnandum copias parabant, Gul. 24, 8. 9.

354. Hinc *causa*, *propter* significat, et cum pron. demonstrativo, quod sequitur كه vel تا, coniuncta, *ea de causa ut, propterea quod*, e. g. بسلامی برنجند *ob salutationem irascuntur*, Gul. 31, 2 cf. 41, 16. بدین امید در آن بیم افتادن *propter hanc spem* (panis) *in illum timorem* (vitae) *incidere*, ib. 31, 22 cf. 33, 12. بقصاص او مرا بفرمای کشتن *illius ulciscendi causa me interfici iube*, ib. 40, 9. مارا بدان خوار کرد *ea de causa nos vituperatione affecit*, Chr. Sch. 9, 115. * بدان داد مارا کلاه بزرگ که بیرون کنیم از ره میش گرگ *ea de causa nobis dedit magnam coronam, ut lupum arceamus a via ovium*, Frag. 18, 13; cf. Chr. Sch. 80, 154. 217.

355. Denique casum instrumentalem exprimit, e. g. بدو دست از زمین بر داشت *ambabus manibus* (illum) *e terra sustulit*, Gul. 44, 5. ببانگ بلند *alta voce*, ib. 114, 11. بانواع عقوبت بکشت (variis) *supplicii generibus* (illum) *interfecit*, ib. 38, 1. بعلت *causa*, ib. 39, 9.

356. Eodem refer بجز *praeter*, *praeterquam*, quod ad litt. significat *cum diversitate*, quum جز proprie sit nomen substantivum, respondens arab. غير, ut ex Alii sententiae LXV interpretatione persica ed. Stickelii optime apparet, in qua جز او *alius quam ille* respondet arab. غيره. In textu Stickelii كه ante پند et از ante جز reponenda esse, iam Fleischer ad h. l. (Ali's Spr. pg. 98 l. 4 sqq.) bene animadvertit.

357. Quum idem casus instrumentalis et pretio notando inserviat, hac praepositione, ut arab. ب, non solum verba *emendi* construuntur, sed etiam verba *rependendi*, *substituendi* et similia, e. g. وبه آن هفت دینار اسپی خریدم *et septem illis denariis equum emi*, H. Sel. 139, 14; cf. Gul. 154, 23. به بهاء گران خریداری کردن *magno pretio emere*, H. pr. r. 6, 16. شترا بیکدرم میفروشم *camelum uno dirhemo vendo*, Rosen Narr. 85 l. ult.; cf. Vit. poet. pers. 13, 4 ed. nostrae.

358. Haud raro به eodem modo ac با *cum* adhibetur, ad indicandum rem factam esse *praesente* vel *non obstante* alia re, e. g. بآستین ملالی که بر من افشانی * طمع مدار *non obstante manica fastidii, quam mihi incutis*, i. e. quamvis animus tuus a me abhorreat, *noli opinari*, Gul. 136, 16 cf. infra s. با.

Praepositione به *cum* substantivis praeposita oriri adiectiva composita possessiva iam supra (§. 262, 4) satis expositum est.

359. Praepositio با s. ابا *cum*, casum instrumentalem exprimens notat personam vel rem aliam comitantem eique consociatam, respondens arab. ب et مع, quae quomodo inter se differant bene exposuit, Ewald l. l. II, §. 585 et 589, e. g. که بر تخت وبا گرز وبا افسرست *qualis est in throno et cum clava et cum corona*, Chr. Sch. 9, 112. صلح با دشمن اگر خواهی *si vis pacem cum inimico*, Gul. 40, 22. کجا پیش بد با گزیده سپاه *ubi antea fuerat cum exercitu selecto*, Chr. Sch. 17, 216.

همیگفت با درد *locutus est animo tristi*, ib. 22, 280. شهد با شرنگ در آمیخت *dulce cum amaro miscuit*, H. Sel. 32, 5; cf. Frag. 33, 13.

360. Igitur non solum cum verbis *iungendi* construitur, sed etiam cum iis verbis, quae rationem quandam inter personas vel res exprimunt, in qua notio *societatis*, *communicationis* cernitur et valet *cum*, *iuxta*, *in*, *ad*, e. g. با نادان مپیوند *cum ignaris ne societatem ineas*, Gul. 186, 24. هرکه با بدان نشیند *quicunque proxime malos sedet*, ib. 186, 18. با مقصود خود واصل نشد *optatum suum non impetrat*, Pend. 84, 2. با چه ماند این جهان *cui similis est hic mundus*, ib. 85, 4. با تواضع باش *esto cum humilitate*, i. e. exerce humilitatem, Pend. 69, 2 cf. 94, 2 inf. میخواهی که اسب خودرا با اسب تو بدل کنم *visne me equum meum cum tuo equo permutare*, H. Sel. 120, 7. مرا با او واورا با من هیچ مهم نیست *nihil mihi cum illo et illi mecum rei est*, ib. 126, 2; cf. Pend. 82, 2 inf. coll. H. pr. r. 2, 14 با هیچ یك از ایشان میلی ومحبتی ندارد چنانکه با ایاز *neminem illorum tanto studio et amore prosequitur, quanto Ajasum*, Gul. 115, 3. بگفتار با شاه پیکار کرد *verbis cum rege certavit*, ib. 176, 11; cf. 38, 20. 21; 40, 1; Pend. 60, 12. 14. با ولی نعمت خود بیوفائی نتوان کرد *in beneficentiae suae patronum fides violari non potest*, Gul. 41, 16 coll. Pend. 82, 3 inf. عیب کس با او نمی باید نمود *hominibus vitia sua non sunt exprobranda*, Pend. 76, 3 inf. coll. ترا در قفا عیب کند Gul. 40,

22. 23. بعد از وفات او با او در قبر نهند (ut illud documentum) *post mortem suam iuxta se in sepulcro reponerent*, H. SEL. 132 l. antp. — Hinc in rerum discrimine exprimendo praepositionem میان *inter* sequi potest praepositio با e. g. GUL. 25, 7. 8.

361. Eadem de causa verba *loquendi*, *nuntiandi*, *dandi*, *attribuendi* et similia, quae proprie Dativum postulant, si ad notionem *communicationis* respicitur, etiam cum praep. با construi possunt, e. g. چنین گفت با شهریار جهان *sic locutus est cum rege mundi*, CHR. SCH. 10, 126. جز حدیث راست با مردم مگوی *ne dicas hominibus nisi quae vera sunt*, PEND. 66, 4 cf. 65, 4; 73, 9; GUL. 109, 16. سرّ خود با دوستان کمتر رسان *secreti tui amicos minus* (quam fieri solet) *participes fac*, PEND. 67, 3; cf. GUL. 168, 14. 15. کیفیت حال با طاهر باز فرستاد *quomodo res se haberent Tahero referendum curavit*, H. pr. r. 2 l. antp. نان بده با جایعان *panem da esurientibus*, PEND. 90 l. ult. cf. 105 l. antp. ایزدش با دولت وحرمت کند *Deus tribuit illi fortunam et gloriam*, ib. 88, 9. آن همه می دان که با خود کند *haec omnia illum sibi ipsi facere scias*, ib. 59, 12; cf. GUL. 22, 3.

362. Denique praepositio با ut arab. مع (DE SACY l. l. I, §. 1094; EWALD l. l. p. 78), adhibetur ad indicandum rem factam esse *praesente* vel *non obstante* alia re, qua quidem significatione cum voc. وجود *existentia* coniungi solet, sed haud raro etiam per se ponitur, e. g. با وجود این معنی لایق قدر علما نباشد *hoc non obstante*

i. e. nihilominus *auctoritati sapientium non convenit*, Gul. 121, 6. با وجود حسن طلعت او *quum adsit pulcritudo aspectus illius*, ib. 161, 20 cf. 99, 4. با این همه مکنت ورفعت, *non obstante omni* (mea) *dignitate et auctoritate*, H. Sel. 137, 12; cf. Gul. 104, 5; 110, 12. 13; 115, 16; 141, 9.

363. Sequente آنکه in coniunctionem abit et valet *praeterquam quod, licet, quamvis*, e. g. با آنکه ندامت برد *praeterquam quod poenitentiam egit*, Gul. 153, 24. با آنکه شر ایشان غالب بود *quamvis malefacta illorum praevaluerint*, H. Sam. 24, 7; cf. H. Bui. 34, 15. Schahn. I, 272, 740.

364. De praepositione با *cum* substantivis praeposita ad formanda adiectiva composita possessiva vid. supra §. 262, 4.

365. Praepositio بر s. ابر est arab. على, quacum et usu et significatione maximam partem convenit.

Sensu locali *super*, *supra*, *in*, *proxime ad* denotat rem superiorem, supra aliam versantem vel positam eamque quasi tegentem, qua notione constructio verborum cum بر facile intelligi potest, e. g. رای ملکرا چه مزیّت دیدی بر فکر چندین حکیم *quare consilium regis opinioni tot sapientium praetulisti*, ubi arabicae constructionis له على فلان مزية imitatio est, Gul. 46, 15 cf. 30, 16; پیراهن برگ بر درختان *indusium foliorum super arboribus*, ib. 9, 1. بر گل سرخ از نم افتاده لالی *supra rosas rubras ex rore delapsae margaritae*, ib. 9, 5. چه بر

تخت مردن چه بر روی خاك *quid interest, an moriaris in solio, an in solo,* ib. 16, 5; cf. 39, 19. بر ظهر ورق نوشت *in dorso folii scripsit,* ib. 41, 10. نظم‌را بر شیخ بسته اند *libri compositionem Scheicho attribuerunt,* PEND. 24, 8. اجرات ملاحان جیحونرا بر مال انطاکیه شام نوشت *mercedem nautis fluvii Oxi ex opibus urbis Antiochiae in Syria solvendam perscripsit,* II. SEL. 103, 13. بر یمین ویسار من بنشستند *ad latus meum dextrum et sinistrum sedebant,* ib. 141, 2 inf. cf. CHR. SCH. 48, 271. بپای — et بر پای ایستادن *in pedibus stare, rectum assistere,* II. SEL. 97, 8; CHR. SCH. 89, 41. بر جای ماندن *remanere,* GUL. 107, 6. — Significans i. q. نزد arab. عند *apud, ad* Genitivi notam accipit, e. g. تو بر بندگان مه روئی *tu es cum pueris lunae instar vultu formosis,* GUL. 79, 8. بر تخت خسرو *ad thronum Chosrois,* CHR. SCH. 89, 42, et si praecedit از (§. 374 et 375), e. g. از بر تخت نشستن *in solio regio sedere,* FRAG. 28, 13 cf. 25, 23; CHR. SCH. 90, 68.

366. Hinc ut arab. على de re gravi vel molesta dicitur, quae personae incumbit, quale est officium, debitum, e. g. بر تست پاس خاطر بیچارگان وشکر * بر ما وبر خدای جهان آفرین جزا *tuum est inopum animos custodire, nostrum gratias agere, Dei vero mundi creatoris retribuere,* GUL. 6, 2.3. ناز فرزند بر پدر ومادر باشد *patri et matri incumbit officium liberos bene tractandi,* ib. 39, 8 cf. 31, 5; PEND. 86, 3.

367. Similiter propositum significat in dicendi formula بر آنم *in eo sum*, i. e. volo sequente كه Chr. Sch. 4, 45; Jos. et Sul. 73 fin. — Per se posita sententia بر آنم etiam obsequium exprimitur, e. g. بندرا فرمان نباشد هرچه فرمائی بر آنم (mihi) *mancipio nullum est imperium; tu quidquid imperaveris, ei obediens sum*, Gul. 53, 18.

368. Aliquando بر significatione praepositionis با (§. 362) legitur, ut in arabico sermone على pro مع saepe poni constat, e. g. بر بیوفائی تو راه وفا می پیمایم *non obstante tua inconstantia ego fidem praestabo*, Lumsden l. l. II, p. 468; cf. Ewald l. l. II, p. 82 init.

369. Motum indicans construitur cum verbis eundi vel directionis ad rem et ut praepositio به duas arab. praepositiones الى et على *ad, in, contra* simul exprimit, e. g. وبر شاه رفت *et ad regem accessit*, Chr. Sch. 9, 110 coll. بر سر ایشان رفت *in illos* (hostes) *invasit*, H. Sel. 21, 11. چو نودر بر سام نیرم رسید *quum Nuder ad Samum Nairemi filium pervenisset*, Chr. Sch. 60, 443 coll. برسر اجماعت رسید *has copias improviso invasit*, H. Sel. 19, 18 cf. 73, 7; 93, 2. برو بگذشت *illum praeteriit*, Gul. 38, 6 cf. 46, 9. وآمد برین مرزوبوم *et ingressus est hoc imperium*, Chr. Sch. 1, 2. پدر بر پدر *a patre ad patrem* (progrediens), ib. 31, 67. وقت دعا بر خدا *tempore precationis ad Deum* scil. tendere manus supplices, Gul. 95, 23. كه بنوشته بودی بر شهریار *quam* (epistolam) *ad regem scripsisti*, Frag. 26, 22. دل بر محاربه ومقاتلهٔ سلجوقیان

نهاد *animum ad impugnandos Seldschukidas attendit*, H. Sel. 28, 5; cf. Frag. 31, 14. بر بنده مكير خشم بسيار *servo tuo ne multum irascaris*, Gul. 154, 21 cf. 38, 13. 170 l. ult.

370. Similiter verba *legendi*, *narrandi* vel *exponendi* cum بر pers. construuntur, quia sermo ad illam dirigitur et pervenit, et tunc est lat. *coram*, e. g. بخواندش بران شاه *legit illam* (epistolam) *coram illo rege*, Frag. 26, 16. برو پير دانا سخن بر كشاد *coram illo senex sapiens sermonem exorsus est*, Chr. Sch. 78, 117. De eadem verbi قرأ *legit* et simil. in arabica lingua constructione vid. de Sacy l. l. I, p. 483; Ewald l. l. II, p. 83.

371. Dein construitur cum verbis *praevalendi*, *occupandi* et similibus, quae notionem *superandi* simul exprimunt, ut ظفر يافتن *victoriam reportare* c. بر p., Gul. 18, 6. تقديم فرمودن s. مقدّم داشتن *anteponere* c. بر r., H. Sel. 134, 3; Gul. 80, 4. وقوف يافتن *comperiri* c. بر r., H. Sel. 122, 16. رحمت كردن *misereri* c. بر p., ib. 133, 9. نگاه كردن *custodiam exercere* c. بر p., Chr. Sch. 43, 213. نظر داشتن *prospicere*, *consulere* c. بر r., H. Sam. 140, 8. بر دل راندن *secum recitare*, *memoriter pronuntiare*, Chr. Sch. 81, 162. گزيدن *eligere* c. بر *praeferre*, Chr. Sch. 18, 234 al.

372. Quum praepositiones بر et به saepe inter se permutentur, بر etiam significatione به legitur; attamen praepositio بر haud raro consulto posita esse videtur ad

rem accuratius definiendam, ut, quae sequuntur, exempla satis probant. Igitur ut praepositio به

a) Dativum exprimit, e. g. بخشید بر لشکرش خواسته *dedit exercitui suo opes* (ex hostibus captas), ubi praepositione بر innui videtur, exercitum opibus cumulatum et quasi tectum fuisse, Chr. Sch. 20, 257 coll. Gul. 36, 7. اما چقربگ مانع شده بر برادر گفت *sed Tschakerbeg sese opponens fratri dixit*, i. e. contra fratrem locutus est, vel fratrem dehortans dixit, H. Sel. 19, 7. در گنجهارا برو بر کشاد *portam thesaurorum illi aperuit*, ad verb. supra illum aperuit, i. e. portam aperiendo thesauros illi tradidit, quasi thesauris illum oneravit, Frag. 29, 13. پنداشت ستمگر که ستم بر ما کرد *opinatur iniquus, quod nobis iniuriam fecerit*, ad litt. iniuriam super nos, quia iniuria tanquam onus hominibus inhaeret, Gul. 46, 8 cf. 114, 3.

b) Casum instrumentalem vel modalem notat, e. g. نیزه بر دست گرفته *hasta manu prehensa*, H. Sel. 74, 2. بر سبیل زشوت *in via corruptelae*, i. e. per corruptelam, H. Bui. 34, 16. برین نمط s. برین نهج *tali ratione, ita*, H. Sel. 133, 5; Gul. 99, 3 coll. بدین نمط Gul. 114, 15. — بر چه سان *qua ratione*, H. Sel. 128, 17 coll. از آن سان s. بدین سان *hoc modo*, Frag. 20, 20; Chr. Sch. 85, 238. — بر پای خاستن *pedibus surgere*, quia surgens pedibus innititur, Chr. Sch. 31, 63.

c) Tempori indicando inservit, e. g. برین ماه *hoc mense*, Frag. 26, 3.

d) ante Infinitivum ponitur et valet *ad*, e. g. وبر جستنش بر بایست *et ad quaerendum illum surge*, Chr. Sch. 47, 258 cf. 31, 65. بر تصویر *ad pingendum*, i. e. ut pingi possit, Wilken Chrest. 211, 8.

e) *secundum*, *iuxta* significat, e. g. سخن‌را بر مزاج مستمع گوی *sermonem ad naturam auditoris accommoda*, Lumsden. l. l. II, p. 468.

f) causam indicans *ob*, *propter* notat, ut بر غضب تو ازین جا می روم *ob iracundiam tuam hunc locum desero*, Lumsden. ibid. p. 469.

373. Saepe, praesertim in carminibus, praepositio بر post nomen vel suffixum, ad quod pertinet, repetitur, significatione haud mutata ut بر آئین ما بر Frag. 22, 2. برو بر Gul. 176, 2. بر مرده بر Chr. Sch. 76, 84.

374. Aliquando praepositioni بر alia antecedit, quum ut plurimae praepositiones origine sit nomen substantivum et proprie *pars superior* significet, ob eamque causam Genitivi nota *i* insignitur, e. g. وجبین * نهاد از بر خاك *et frontem posuit super terram*, Chr. Sch. 90, 68. ونوشت از برش نام خویش *et scripsit supra illam* (epistolam) *nomen suum*, Frag. 25, 23; cf. 28, 13; 30, 2.

375. Saepe etiam in compositione از بر praepositio از a verbo movendi regitur et praepositio بر status, quo res ante motum fuerit, accuratius describendi causa addita est, ita ut arab. من على et hebr. מעל persico از بر plane respondeant, e. g. چو خود از بر شاه بر داشتند *postquam galeam de capite regis detraxerant*, Frag. 33, 24,

ubi بر indicat regem galea indutum fuisse, cf. Ewald l. l. II, §. 596; Gesenius Lehrgeb. d. hebr. Spr. §. 152, 4 coll. §. 226.

376. برای s. از برای (§. 274) *causa*, *propter* et *pro* ut وشحنه از برای خون خواران *et lictor* (est) *propter homicidas*, Gul. 192, 14 cf. Pend. 111, 1. خوردن برای زیستن وذکر کردن است *comedendum est*, *ut vivamus et* (Deo) *laudes dicamus*, Gul. 86, 14. برای کس خط نوشتن *pro aliquo epistolam scribere*, Rosen Narr. p. 58 med. برای خود *pro me*, *mea vice*, ib. p. 40 med.—Ante Infinitivum *ad*, e. g. برای خواندن آن *ad legendum illam* (epistolam), ib. p. 58 med. — Dativum exprimit in برای ایشان شکر میکنم *illis gratias ago*, ib. 59 med. et in iureiurando adhibetur ut برای خدا *per Deum* (um Gottes willen), ib. 57 fin.

377. Idem significat بهر s. از بهر (§. 274) d. q. vid. Gul. 27, 15; 85, 9; 86, 15; 114, 13; Chr. Sch. 107, 336; Frag. 21, 16.

378. Aliud synonymum est nomen arab. جهت (latus, modus) et valet *causa*, *propter* (§. 274), ut بجهت s. از جهت e. g. جهت آن *ea de causa*, H. Sel. 21, 4. بجهت شلتاقی *ob contentionem aliquam* (excitandam), H. Sam. 22, 8. ازین جهت *hac ex causa*, ib. 58, 10.

379. بیرون s. برون et cum praepositione coniuncta (§. 274), ut از بیرون ، در بیرون *extra*, *foras*, H. Ism.

211, 6. Sequente از notat *praeter*, ut بیرون رزق *praeter bona a Deo concessa*, Gul. 106, 7.

380. پیش s. از پیش s. بپیش s. در پیس (§. 274) de loco et tempore *ante*, *coram* et *ad* si directio ad rem exprimenda est, e. g. ایلچی پیش امیر سعید فرستاد *legatum ad Emirum Said misit*, H. Sam. 46, 13. Huic opposita est praepositio

381. پس s. از پس s. بپس s. در پس *post* (§. 274) d. q. vid. Gloss. ad Chr. Sch. s. v. — Idem significat arab. بعد sequente از cf. Gul. 86, 19. — Aliud synonymum est از پی *a tergo*, *post* cf. Frag. 21, 7; Pend. 105, 6 et valet *propter*, *pro*, e. g. که آن آمدنش از پی بچه بود (sciebat) *illum filii causa advenire*, Chr. Sch. 53, 331.

382. تا opp. از *usque ad* termino incluso et excluso respondet arab. الى et حتى d. q. vid. de Sacy l. l. I, §. 1058—1060; Ewald l. l. II, §. 580 et 581, e. g. تا لب رودبار *usque ad ripam amnis*, Chr. Sch. 16, 211. از سر تا پا *a capite ad pedes*, Rosen Narr. 88 fin. اوفتاده تا گریبان در وحل *prolapsus ad collare usque in* (vitiorum) *lutum*, Gul. 116, 19 et sequente به e. g. از شرق تا بغرب *ab oriente usque ad occidentem*, H. pr. r. 2, 3; cf. Chr. Sch. 42, 199. — De tempore futuro تا یک دو ماه *uno aut duobus mensibus*, Frag. 23, 20. نه تا چند ماه ونه تا روزگار *neque aliquot mensibus*, *neque* (aliquot) *diebus*, ib. 26, 26; cf. Lumsden l. l. t. II, p. 483 et 484.

383. جز *praeter* ut arab. غير proprie nomen substantivum est ob eamque causam etiam cum praepositione از construi potest ut جز از مو *praeter capillos*, Chr. Sch. 57, 403. غير از اهل بخارا *praeter incolas Bocharae*, H. Sam. 34 med. جز كه legitur Frag. 31, 10 جز كه لهراسب شاه *praeter Lohrasbum regem*. Idem valet بجز arab. بغير de q. vid. supra (§. 356), e. g. مبادا بجز نام تو يادگار *praeter nomen tuum nullum sit monumentum*, Chr. Sch. 70, 582 coll. H. pr. r. 18, 6 ubi بغير از تو *praeter te*. بجز آن يك هنر *praeter hanc solam virtutem*, Gul. 119, 14. جز Genitivi notam non accipit, qua tamen غير insignitur; dicitur جز او sed غير او *praeter illum*. Praeterea voce غير simplex negatio exprimi potest, qua significatione جز nunquam legitur, ut e. g. dici non possit اين جز عاقل است pro اين غير عاقل است *hic insipiens est*. — Synonymum مگر *praeter* non ut جز etiam ante id a quo excipitur (مستثنى منه) poni potest, e. g. در سايهٔ دولت خداوندى همگنانرا راضى كردم مگر حسودرا *sub umbra potentiae regiae universos quidem contentos reddidi, praeter invidum*, Gul. 22, 17; cf. Frag. 33, 12 collato جز حديث راست با مردم مگوى *praeter sermonem verum hominibus nihil dicas*, Pend. 66, 4; cf. Spieg. Chr. 5, 5. 6.

384. در *in* est arab. فى, quocum significatione et usu maximam partem convenit. Synonyma sunt درون et اندرون, quae ut substantiva Genitivi notam accipiunt, et اندر quod in poetico tantum sermone saepissime legitur

et docente Lumsdenio (l. l. II, p. 461) raro nomen, ad quod pertinet, sequitur, ut خانه اندر *in domo*, cf. §. 274.

385. Quietem in spatio vel tempore notans casum Locativum exprimit, ut در بهشت *in paradiso*, Gul. 61, 11. در آن هفته *hoc hebdomade*, ib. 96, 7.

386. At cum verbis eundi et directionis ad rem constructa haec praepositio Accusativum indicat, e. g. در جهان برود *in mundum ibit*, Gul. 100, 23. تو مرو در دهان اژدها *tu (tamen) viperae os accedere noli*, ib. 101, 11. هرچه در دل فرود آید در دیده نکو نماید *quidquid in animum penetraverit, oculis pulcrum esse videtur*, ib. 115, 4. از حسد در روزگار کس مبین *ne invidis oculis fortunam aliorum intuearis*, Pend. 66, 11. در تو گریزم *ad te confugio*, Gul. 116, 13. — In recentioribus libris sanscritis saepe etiam Locativus cum verbis eundi pro Accusativo ponitur, e. g. गतः पार्थः शक्रलोके *profectus est Partha in coelum Indrae*, Frank. Gr. sanscr. p. 193. मित्रेण सह पश्चिमद्वारे गतः *cum amico ad posticam portam accessit*, Lassen Anthol. 10, 27 coll. eiusdem not. ad p. 2 l. 4.

387. Praepositio در saepissime ad animum transfertur et cum praep. به permutatur. Hinc construuntur cum در e. g. verba اندیشه کردن *cogitare, meditari*, arab. تفکّر فی, کوشیدن *operam dare*, Gul. 22, 13; 159, 13, arab. سعی فی, تاخیر کردن *tardari*, Gul. 48, 21. نظر کردن s. نگرستن *intueri, aspicere*, ib. 81, 14; Ali's Spr. 7, 16 coll. indice p. 135 s. v.

388. Dein significat *quod attinet*, ut praep. به, et est lat. *de*, e. g. باران که در لطافت طبعش خلاف نیست *pluvia, de cuius benigna natura non est controversia*, Gul. 21, 21. سحبان وایلرا در فصاحت بی نظیر نهاده اند *Sahbanum Wajelum eloquentia dixerunt incomparabilem*, ib. 111, 9. ترا چه گفت در فلان مصلحت *quid tibi dixit de quodam negotio*, ib. 111, 23; et sequente حق *veritas, certum*, quod redundare videtur, e. g. در حق این طایفه حسن ظن بلیغ داشت *optimam opinionem de hisce hominibus habuit*, ib. 34, 24; cf. 31, 14; 53, 1. 2. Hinc in inscriptionibus et titulis librorum frequens eius usus, quo convenit cum arab. فی e. g. کتاب شاهنامه همی خواندند در زوال مملکت ضحاک وعهد فریدون *librum Schahnameh legebant* (scil. caput) *de interitu regni Dohhaki et aetate Feriduni*, Gul. 23, 16 cf. 14, 11—18; de Sacy l. l. I, §. 1076, 5.

389. Praeterea notandae sunt locutiones, in quibus praep. در non lat. particula *in*, sed aut alia praepositione, aut alio construendi modo reddenda est, e. g. در بغل *sub axilla*, Gul. 95, 23, unde در بغل دست نهادن *sub axillam manum reponere*, ib. 177, 20. در بغل کشیدن *amplecti*, ad verb. sub axillam trahere, H. pr. r. 18, 11 coll. زیر بغل گرفتن *sub axillam prehendere*, Gul. 57, 8. مور در پای مالیدن *formicam sub pede atterere*, ib. 84, 14. Quae sequuntur exempla affert Lumsden l. l. t. II, p. 511—513. انگشتری در انگشت کردن *anulum digito aptare*; در پای کس مردن *ad pedes alicuius mori*;

در تو گریزم *ad te confugio*; در کاروانی بکوفه رسیدم *in* i. e. cum s. cinctus *agmine proficiscentium Cufam veni*, در برادران *inter fratres.* — Huc pertinet etiam در ut ar. فی notioni multiplicationis et propositionis exprimendae inserviens, e. g. سه در ده سی باشد *ter decem efficit triginta*, H. Ism. 198, 10; cf. de Sacy Gr. ar. t. II, §. 1076, 2.

390. زیر *infra*, *sub* et cum praepositionibus coniunctum (§. 274) ut از زیر H. pr. r. 5 v. l. antp. در زیر Chr. Sch. 55, 375; Pend. 110, 10. بزیر اندر Chr. Sch. 90, 58. مرده بودن بزیر سنگ اندر به که زنده بزیر ننگ اندر *mortuum esse sub lapide melius est*, *quam vivere sub infamia*, Anv. Soh.

391. Illi praeter بر oppositae sunt praepositiones فراز et بالای *super*, *supra* (§. 274). فراز یکی پیل نر زالزر نشاند *supra elephantem marem Saliserum insidere fecit*, Chr. Sch. 61, 453. بالای سر *in capite*, Gul. 74, 12.

392. سوی s. بسوی (§. 274) directionem ad rem indicans significat *versus*, *ad*, *in*, sensu locali autem *apud*, *ad*, ut به et بر quibuscum saepe commutatur, e. g. سوی کشور *in regionem*, Frag. 26, 25. سوی راستش *ad dextram illius*, Chr. Sch. 48, 272.

393. Eodem modo adhibentur praepositiones, quae ut سوی proprie *latus* significant, ut زی quod in Schahnameh saepe legitur v. Frag. 29, 24; 31, 8 et جانب, پهلوی, al. Idem valet de praep. نزد s. نزدیک quae praepositio-

nem به ante et post se habere potest (§. 274) et proprie significat *proxime ad*, *coram*, dein *apud*, *ad*, e. g. رسولان نزد امیر نوح فرستاد *legatos ad Emirum Nuhum misit*, H. Sam. 68, 2. به نزد خاص وعام *coram omnibus hominibus*, Pend. 110, 6. فرستاد نزدیك شاه زمین *misit ad regem terrae*, Frag. 21, 16. بنزدیك صاحب دیوان رفتم *ad praefectum Diwani me contuli*, Gul. 33, 11. چون نزدیك بنشاپور رسید *quum prope Nischapurum pervenerit*, H. Sam. 38, 11. Hinc locutio نزدیك به آن شدن seq. كه *prope esse, ut*, H. Sel. 235 l. antp.

394. گرد s. بگرد (§. 274) *circum*, *circa*. Cum verbis quibusdam componitur, ut oriantur notiones *conveniendi*, *colligendi*, *congregandi* al. de q. v. Glossarium Chrest. nostrae Schahn. s. v.

395. میان i. q. در میان (§. 274) *in medio*, *inter*, e. g. میان دو لشکر *inter duos exercitus*, Chr. Sch. 2, 13. میان sequente و vel با *inter — et*, Spieg. Chr. 2, 12; cf. supra §. 360.

ADIECTIVUM.

396. Adiectiva, pro substantivis posita, substantivorum quoque constructionem sequuntur.

397. Adiectivum simplex vel compositum semper sequitur substantivum, quocum ope vocalis *i*, substantivo affixae, coniunctum est (§. 141 annot. 1 et 2), neque

generis neque numeri mutationibus est obnoxium, ita ut adiectivum semper singulari ponatur, si substantivum est pluralis numeri, e. g. قيمت عظيم *magnum pretium*, Gul. 94, 23. حاكمان عادل *iudices aequi*, ib. 5, 5. طعامهاي لذيذ *cibi suaves*, ib. 73, 24. ميوهاي گوناگون *fructus varii*, ib. 9, 8; cf. 43, 13; 147, 20.

Annot. Regulae praecedentis exceptio perrara est. Legitur Gul. 19, 19 مردان دلاوران *viri strenui* pro دلاور miro codicum et editionum consensu.

398. Huc pertinent etiam adiectiva cum 3 ps. pl. verbi substantivi composita, in quibus pron. rel. كه supplendum est, ut كرامند pro كه كرام اند, e. g. هدایای كرامند *dona liberalia*, H. Sel. 94 l. ult. عملهای كرامند *maximi momenti negotia*, H. Sam. 2, med. مبلغی كرامند *magna pecuniae summa*, H. Bui. 18, 9 et adiectiva, quae uno enuntiato constant, ut لا يعلم *ignorans*, prop. *nescit*, e. g. حيوان لا يعلم *animal ignorans* s. brutum, Gul. 97, 12.

399. Attamen arabica quoque constructio adiectivi cum substantivo haud raro reperitur, e. g. اين واقعهٔ هايله *hic casus horribilis*, H. Sel. 115, 5 fin. حكايات متفرقه *narrationes diversae*, H. Ism. 260 fin. مسائل مشكله *quaestiones difficiles*. In recentioribus praesertim libris nomen persicum femininum, vel plurali positum, cum adiectivo arabico feminino singularis numeri constructum legitur, e. g. زن جميله *femina pulcra*, خانهاي معموره *domus habitatae*, Lumsden l. l. t. II, p. 273.

ANNOT. In arabicis vocabulis aliquando rhythmi observandi causa adiectivum cum substantivo numero convenit, e. g. رقائم كرائم *literae generosae*, خواطر عواطر *animi benevoli*, LUMSD. l. l. t. II, p. 272.

400. Quum substantivum cum sequenti adiectivo ope vocalis *i*, quae Genitivi quoque nota est, coniungatur, haud raro incertum manet, ad quodnam substantivum sequens adiectivum sit referendum, si duo substantiva Genitivi nota inter se coniuncta sunt, e. g. پسرانِ وزیرِ ناقص عقل verti potest : *filii Veziri insani* et *filii insani Veziri*, GUL. 146, 10; quae res dubia per solum contextum decerni potest.

401. De adiectivorum constructione, quae p a r t e m m u l t i t u d i n i s e x i g u a m vel m a g n a m exprimunt, haec observanda sunt :

بس *multus*, *multi* semper praeponitur substantivo singularis numeri, ut fiat compositum determinativum, e. g. بس جانور *multa animalia*, CHR. SCH. 92, 92. بس آموختن *multa eruditio*, SCHAHN. I, 240, 352. بس شکفتی *multus s. magnus stupor*, ib. 272, 738. بس گرسنه خفت *multi famelici obdormiverunt*, GUL. 31, 11 cf. ib. l. 12. بس شکوفه که بشکفید *multi flores* (sunt) *qui floruerunt*, ubi arabico رُبَّ respondet, ALI'S SPR. p. 45, 20 coll. indice s. v. بس.

402. بسی eandem cum adiectivo بس, cuius est synonymum, sequitur constructionem, eo tantum discrimine, quod substantivum, cui praeponitur, singularis et plura-

lis numeri esse potest, e. g. بسی جوهر *multae gemmae*, PEND. 71, 2. بسی فرسنگ *multi parasangae*, GUL. 36, 3. بسی با شما روز پیمودمی *multos vobiscum dies transigerem*, SCHAHN. I, 110, 507. بسی نامداران *multi illustres*, ib. 168, 640. بسی رنجها *multae molestiae*, ib. 166, 632. بسی مردان حق *multi homines pii*, PEND. 17, 3 inf.

403. بسیار aliud synonymum, substantivo singularis numeri praeponi potest, saepissime tamen, ut cetera adiectiva, post substantivum locum obtinet, e. g. بسیار نار *multi ignes*, PEND. 81, 10. بسیار چیز *multae res*, SCHAHN. I, 286, 901. بسیار سال *multi anni*, ib. 232, 245. محاربات بسیار *multa proelia*, H. BUI. 22, 10 cf. 22, 7. ظلم بسیار *multa iniustitia*, ib. 21 l. ult. دشمن بسیار *multi inimici*, PEND. 61, 8; cf. GUL. 91 l. antp.

404. چند *aliquot*, *multi* aut praeponitur substantivo singularis numeri ad normam compositi, e. g. چند روز s. یك چند روز *aliquot dies*, GUL. 33, 13; SPIEG. Chr. 15, 13 coll. 20 l. ult. چند مردم *multi homines*, CHR. SCH. 54, 35; cf. H. BUI. 17, 6; 18, 16; SCHAHN. I, 198, 997; aut sequitur substantivum singularis numeri, cui articulus indefinitus ـی affigitur, e. g. درمی چند *aliquot nummi*, GUL. 104, 17. شبی چند *aliquot noctes*, ib. l. 20. تنی چند *nonnulli*, ib. 111, 22. جامهٔ چند *aliquot vestes*, H. BUI. 16, 8. کلمهٔ چند *multa verba*, ib. 17, 8. لقمهٔ چند *aliquot boli*, ib. 104, 13.

405. چندان et چندین *tot*, *tantus* substantivo singularis numeri semper praeponuntur, e. g. چندان درشتی

tanta severitas, Gul. 170 l. ult. چندین دروغ *tot mendacia*, ib. 47, 7. چندین حکیم *tot sapientes*, ib. 46, 15.

406. Denique اندك *paucus*, *parvus* ut cetera adiectiva substantivo aut praeponitur aut postponitur, e. g. اندك تحفه *pauca s. aliquot dona*, H. Mon. I, 248, 3 inf. باندك تغیر حال *ob parvam rerum mutationem*, Gul. 29, 3. باندك زمانی s. باندك زمان *brevi tempore*, Frag. 32, 18 coll. Spieg. Chr. 108, 2. اندکی قوت *paululum roboris*, Gul. 103 fin. کفاف اندك دارم وعیال بسیار *res mihi est tenuis, familia numerosa*, ib. 31, 8.

Sequuntur adiectiva pronominalia:

407. همه *omnis*, *totus* voci, ad quam pertinet, singularis vel pluralis numeri praeponi vel postponi potest, ipso immutato manente, e. g. بگفتم همه گفتنی *dixi omnia quae dicenda erant*, Frag. 24, 1. همه کار *omnes res*, Pend. 37, 1. همه کس *omnes homines*, ib. 48, 5. همه دشمنان *omnes inimici*, Gul. 33, 6. همه کشتگان *omnes mortui*, Frag. 38, 5 coll. 24, 2. گیتی همه *totus mundus*, ib. 30, 7. همهٔ بلشکر *toti exercitui*, ib. 31 l. ult. سرانرا همه شهرها داد *omnibus ducibus urbes dedit*, ib. 28, 16 coll. 32, 4. این همه *hae omnes* (res), Pend. 29, 3; 51, 9. کنم شان همه سر زگردن جدا *illis omnibus collum decidam*, Frag. 23, 26 cf. 27 et 28.

408. Interdum in poetico sermone voc. همه instar substantivi Genitivi nota *i* cum sequenti nomine coniungitur, e. g. سزد کز همهٔ دلبران ستانی باج *par est, ut ab omnibus, qui cor rapiunt, tributum exigas*, Hafiz

in Pend. 76 l. antp. تا شد خبرم در همه شهر در افتاد *donec fama de me tota urbe discurreret*, Lumsden. l. l. t. II, p. 249.

409. هر *quivis*, *omnis* voci singularis numeri, ad quam refertur, semper immutatum praecedit, e. g. هر عاجز *quivis infirmus*, Pend. 46 l. ult. cf. 42, 2. هر سال *quovis anno*, Frag. 19, 2. هر چار *omnes quatuor* (res), Pend. 29, 2. Inde composita هرکه *quicunque*, هرچه *quodcunque* al.

410. هیچ s. ایچ *ullus*, *aliquis* nomini suo praeponi solet, e. g. هیچ سختی *ulla res adversa*, Chr. Sch. 55, 371. نبود ایچ فرزند مر سام‌را *nullus Samo filius erat*, ib. 34, 101. هیچت از بنده یاد می آید *nonne tibi est ulla servi* (tui) *recordatio*, Gul. 54, 11. Inde composita هیچکس ib. 166, 4. هیچیکی ib. 193, 12 al.

411. Nonnunquam in poetico imprimis sermone post nomen suum instar Adiectivi positum legitur, omissa tamen vocali coniunctiva *i*, e.g. سپاس ایچ بر سرت ننهادمی *ne ullam quidem gratiam a te exigerem*, Chr. Sch. 40, 178.

GRADUS COMPARATIONIS.

412. Comparationem adiectivis comparativis, quae suffixis تر et ترین terminantur, exprimi, iam supra (§. 142—147) expositum est.

413. Comparativus et Superlativus quum sint adiectiva, adiectivorum quoque constructionem sequuntur. Attamen Superlativus substantivo singularis numeri praemitti solet, ut fiat compositum determinativum, e. g. بهترين حالى *optimus status*, Spieg. Chr. 12, 19. برترينْ دانش *suprema scientia*, ib. 54, 15.

414. Substantivo autem pluralis numeri praecedit Superlativus, substantive accipiendus, eamque ob causam Genitivi nota *i* insignitur, e. g. كمترينِ بندگان *minimus servorum*, Gul. 50, 10 cf. 37, 18. بهترينِ اعمال *optima opera*, Spieg. Chr. 4, 4 inf. نامدارترينِ سلاطين *clarissimus Sultanorum*, H. Sel. 270, 12 cf. 243, 2. Idem valet de substantivis, quae sunt nomina collectiva vel generica, e.g. بهترينِ قوم *optimus populus*, بهترينِ آب *optima aqua*, خوشترينِ هوا *aër iucundissimus*, vid. Lumsd. l. l. t. II, p. 278.

415. Utraque construendi ratio adhibetur in Superlativo, qui Comparativo absolute posito exprimitur, amant enim Persae Comparativum cum Superlativo permutare, e. g. اى مهترْ شهريار *o rex excellentissime*, Frag. 23, 4. بزرگترْ عيب *maximum vitium*, Gul. 109, 5. بهترْ ومهترِ ملوك ديلم *optimus et praestantissimus regum Dilemitarum*, H. Bur. 31, 14.

416. Ad designandam rerum comparatarum inferiorem Persae utuntur

a) praepositione از (§. 342) praecedente vel sequente Comparativo مرا اين دروغ پسنديده‌تر آمد ازين راست

mihi illud mendacium magis placuit, quam haec veritas, Gul. 15, 14. جوی زر بهتر از پنجاه من زور *granum auri melius* (est), *quam quinquaginta minae roboris*, ib. 106, 2. هرکه با داناتر از خود مجادله کند *quicunque cum sapientiore quam ipse* (est) *disputat*, ib. 176, 11. هلاك من اولیترست از خون بیگناهی ریختن *mors mea melior est, quam sanguinis innocentis effusio*, ib. 39, 15. بجیش از تو کمتریم *militibus te minores sumus*, ib. 81, 16 cf. 57, 20. در کمتر از یکسال *minus uno anno*, H. Sel. 59, 7. گفتم این منزلت از قدر تو می بینم بیش *dixi: hanc dignitatem tuam merito tuo maiorem video*, Gul. 99 l. ult.

Annot. Si vocem از Comparativi sequitur praepositio از, ne eadem vox repetatur, semel tantum ponitur, quod hocce exemplo Lumsdenius probat: دولتی خوبتر از خاطر خود رفتن نیست i. e. *nulla felicitas maior est, quam eius, qui se ipso neglecto rerum divinarum contemplationi totum se dedit*, ut positum sit pro از خاطر خود رفتن دولتی خوبتر ازین نیست vid. Lumsd. l. l. t. II, p. 438.

b) coniunctione که quam, e. g. هزار چشم چنان کور بهتر که آفتاب سیاه *mille tales oculi coeci meliores sunt, quam sol niger*, Gul. 23, 5. نفس را وعده دادن بطعام آسانترست که قصاب را بدرم *appetitui cibum promittere facilius est, quam lanioni pecuniam*, ib. 87, 22. 23. cf. 70, 8; 71, 16.

c) coniunctione که quam praemisso از آن, quo dicendi genere res inferior quasi circumscribitur prono-

mine demonstrativo, sequente sententia relativa accuratius definito, e. g. بتر زآنم كه خواهى كفتن آنى *peior sum, quam tu vis dicere : hoc es*, Gul. 48, 16. زآن پيشتر كه بانك بر آيد فلان نماند *prius quam vox ascendat : talis non* (amplius) *superstes est*, ib. 16, 18. كز آن محبوبتر باشى كه بودى *quia carior* (mihi nunc) *es, quam eras*, ib. 126, 17 cf. 56, 22. 23.

ANNOT. Raro res comparatas Genitivo inter se coniungi Lumsdenius hoc exemplo probat : با كوچكتر خود همسرى نبايد كرد *cum minore, quam tu* (es), *societas non est facienda*, Lumsd. I, I. t. II, p. 280.

417. Haud raro rerum comparatarum inferior omittitur, quum e sermonis contextu facile suppleri possit, e. g. نسل وتبار ايشان منقطع كردن اوليترست وبيخ وبنياد ايشان بر آوردن بهتر *stirpem et familiam illorum exstirpare aptius est, et radicem et fundamentum illorum evellere melius* (est), scil. quam illos salvos servare, Gul. 20, 7. 8. كفتم اين فتنه است خوابش برده به *dixi : hic* (homo) *pestis publica est, si somnus illum occupat, melius* (est), scil. quam ut vigilet, ib. 27 l. ult. آنچنان بد زندكانى مرده به *tali, vitam turpem agenti, mori melius* (est), scil. quam vivere, ib. 28, 2; cf. 47, 22; 48, 1. 3.

NUMERALIA.

Numeralium origine et coniunctione supra (§§. 148 —161) exposita de illorum constructione nunc amplius dicendum est.

418. Numerale nomini rei numeratae singulari posito praecedere solet, e. g. چار چیز از چار دیگر شد تمام *quatuor res quatuor aliis perfectionem assequuntur*, Pend. 55 inf. چهل سال ونه ماه *quadraginta anni et novem menses*, H. Bui. 41 l. antp. هزاران بوسه *mille oscula*, Jos. et Sul. 84, 2; cf. Pend. 40, 13. دو سه سال *duo vel tres anni*; sed dicitur سالی دو *unus vel duo anni*, pro یک دو سال Gul. 21, 15. دو هزار مرد *bis mille homines*, H. Bui. 51, 10. چهار صد زاهد *quadringenti monachi*, Gul. 75, 11. صد هزاران سوار *mille equites*, Frag. 21, 6; cf. Pend. 176, 9 et §. praeced. 155. —

419. Nonnunquam pluralis rei numeratae animantis legitur, e. g. ببرد از سران نامورسی هزار * دلیران وگردان وخنجر گزار *inter duces praeclaros (secum) duxit triginta millia cordatorum et strenuorum et pugione armatorum*, Schahn. I, 188, 892. یکی تاختن کرد با صد هزار * سواران گردنکش ونامدار *impetum fecit cum centum millibus equitum superborum et nobilium*, ib. 198, 996.

420. Si nomini rei numeratae ی indefinitum additum est, numerale postponitur, e. g. سواران ترکان تنی هفت وهشت *equites Turcarum aliqui septem vel octo*, Sohr. 156, 7. روزی دو سه *duo tresve dies*, Gul. 133, 11.

روزی سه چار *tres vel quatuor dies*, Jos. et Sul. 72 fin. دو سه خشتی *duo tresve lateres cocti*, Gul. 156, 19 ubi ed. Taur. دو سه خشت legit.

421. Ordinalia instar adiectivorum aut post nomen numeratum vocali coniunctiva *i* insignitum poni solent, aut nomini praecedunt, ut oriatur compositum determinativum, e. g. باب دوم *caput secundum*, Gul. 14, 12 coll. 13—18. چهارم روز *quarto die*, Jos. et Sul. 70, 7. پنجم وادی *vallis quinta*, هفتمین وادی *vallis septima*, Pend. 169 fin.

422. In quibusdam compositis numeri ordinalis vices gerit cardinalis, ut e. g. in denominandis diebus hebdomadis یکشنبه *feriam primam* significet, دوشنبه *secundam*, سهشنبه *tertiam* et sic porro.

423. In pluribus numeris variis ope copulae و inter se componendis maiores minoribus semper praecedere iam supra §. 154 expositum est. In numeralibus autem ex arabica lingua desumtis arabica quoque numerorum componendi ratio usitatior observatur, ut dicant, e. g. در سنه تسع وسبعين وثلثمايه *anno CCCLXXIX*, H. Bui. 32 fin. de q. v. de Sacy Gr. ar. t. I, §. 943 et t. II, §. 579.

PRONOMINA.

Praeter pronominum formas supra (§. 162—194) descriptas, de eorum constructione quoque multa ibi observata sunt.

424. Pronomen personale separatum verbo additur in enuntiatis, quae sibi invicem sunt opposita, vel in quibus inest vis orationis, e. g. * ما گنه کاریم وتو آمرزگار تو نکو کاری وما بد کرده ایم *nos peccatores sumus, tu vero indulgens; tu bonum* (semper) *facis, nos malum fecimus*, PEND. 8, 7. 8. کنون ما شکاریم وایشان پلنگ *nos nunc sumus praeda, illi vero tigrides*, CHR. SCH. 23, 297. شاهدم من ولی نه در کنعان *formosus sum ego, sed non in Canaan*, GUL. 13, 12. — Idem metri causa haud raro additur, e. g. pron. 3 ps. sg. او in آنکس که توانگرت نمیگرداند * او مصلحت تو از تو بهتر داند *is qui divitem te non facit, melius scit, quid tibi prosit, quam tu ipse*, ib. 92, 1. 2.

425. Pronominis pers. separati prima tantum singularis persona من *ego* ope vocalis *i* cum sequente adiectivo coniungitur, e. g. ناصحا با منِ دیوانه مکن گفت وشنوه, *o admonitor! mecum cum insano ne disputes*, LUMSD. l. l. t. II, p. 271. — Primam et secundam pluralis personam ما et شما adiectivum pluralis numeri sequitur, ut dicas شما توانگران vel ما *nos* vel *vos divites* ibid.

426. Pronomina pers. separata, casu obliquo posita, cum pronominibus suffixis saepissime permutantur. Quae tamen permutatio minime locum habere potest, si pronomen sequitur aliud nomen copula و coniunctum, ut verbi causa dici non possit زدمت وزیدرا pro زدم ترا وزیدرا *verberavi te et Zeidum*, LUMSD. l. l. t. II, p. 418.

427. Pronomina personalia suffixa, quae casus obliquos exprimunt, nomini vel verbo, ex quo pendent, non semper affiguntur, sed aliis quoque orationis partibus (§. 168), cuius rei causa quum metro, tum ipsi persicae linguae naturae et indoli tribuenda est.

428. Pronomen suffixum possessivum nomini, ex quo pendet, affigi solet, ea tamen ratione habita, ut in nomine particula quadam cum alio coniuncto, vel sequente adiectivo magis definito, extremae voci adiungatur, e. g. اسپم *equus meus,* پیشت *ante te,* Gul. 122, 14. عیب وهنرش *vitium et virtus eius,* ib. 17, 9. موافق رای بلندش نیامد *alto eius consilio haud convenit,* ib. 20, 14.

429. Saepe tamen suffixum a nomine, ad quod pertinet, separatum et alii voci additum legitur, e. g. هرکرا گفتار بسیارش بود *cuius verba multa sunt,* pro که تا بر فلك گفتارش بسیار Pend. 13, 4 coll. 61 l. ult. ماه وخورشید هست * درین دفترت ذکر جاوید هست *quamdiu luna et sol in coelo sunt, laus tua hoc in libro permanebit,* pro دفتر ذکرت Saadi apud Lumsd. I. l. t. II, p. 68. بغیبت درم عیب مستور بود *in absentia vitia mea occulta sunt,* pro بغیبت در عیبم Bost. وبشکر اندرش مزید نعمت *et in gratiarum actione illius augmentum beneficii* (est), i. e. et gratias Deo agendo beneficia augentur, pro واندر شکرش Gul. 1 init.

430. Pronomen suffixum verbi, Dativum et Accusativum significans, diversis vocibus affigi solet:

a) ipsi verbo simplici, e. g. دیدمت *vidi te*, گفتش *ait illi.*

b) nomini, quocum compositum est verbum (§. 257), e. g. ملامتش کردم *vituperavi illum*, Gul. 29, 22. مدتی تعلیمش کرد *per aliquod tempus illum erudivit*, ib. 145, 3. هرگز فرامشت نکنم *tui nunquam obliviscor*, ib. 54, 10.

c) alii cuicunque voci, quae verbo praecedit (§. 168), e. g. منت رهبری کنم *ego te ducam*, Gul. 89, 9. بگردونش از بیخ بر نگسلی *curru illum* (arborem) *radicitus non evelles*, ib. 19, 8. از مویش بگرفتند *capillis illum apprehenderunt*, ib. 24, 21 coll. 27, 2. این دو چیزم بر گناه آنگیختند *hae duae res ad delictum me stimulaverunt*, ib. 136, 3. اکنون بقصاص گاهش میبرند *nunc ad talionis locum illum ducunt*, ib. 91, 9. خوابش برده به *melius est, si somnus illum complectitur*, ib. 27 l. ult. وسائر آداب خدمت ملوکش بیاموختند *et* (ut) *aliis bonis moribus ministerii regum illum instruerent*, ib. 21, 8. 9. هنوزت گر سر صلحست باز آی *si adhuc tibi est amor pacis, redi*, ib. 126, 16 coll. 7, 22. تا توانی دورش از مردار دار *quamdiu potes, illam* (animam) *ab impuro remotam habeas*, Pend. 24, 12 coll. l. 13 et 14. گرش زر ندهی *si aurum illi non das* pro گر اورا Gul. 30, 4 coll. 19, 7 ubi ورش pro ور s. واگر اورا, positum. زود بینی کش بشب روغن نباشد در چراغ *mox intelliges, pro nocte oleum illi non superesse in lampade*, pro که اورا Gul. 29, 5 coll. Chr. Sch. 61, 452. بخور پیش

از آن كت خورد كُرم كُور *fruere, priusquam vermes sepulcri te devorent*, كت pro كه ترا PEND. 242, 8. بفرمود پش تاش بر داشتند *dein mandavit, ut illum auferrent*, تاش pro اورا تا CHR. SCH. 39, 163. بجز آن كه تواش همسايه *praeter illud* (vitium), *quod tu illi* (domui) *propinquus accolis*, تواش pro تو اورا GUL. 12, 7. بپيش روى خويشش سجده نگذاشت *sui ipsius adorationem illi non permisit*, JOS. ET SUL. 72, 30. بنعمتهاى خويشم *beneficia tua fac ut intelligam*, خويشم pro خويش مرا ib. 1, 6. از انعال خودم شرم مى آيد *pudet me factorum meorum*, LUMSD. l. l. t. II, p. 80. اينش گويد نيست چون تو در وجود * در جمال وفضل ودر احسان وجود *ait illi, nemo tibi in mundo similis est pulcritudine, praestantia, beneficentia et liberalitate*, MEWLEWI MAN. ibid. p. 70. از سبب آنش سوال كردند *illius causam illum interrogabant*, SPIEG. Chr. 17, 4 inf.

431. Pronomen reciprocum aut absolute ponitur, aut nomini postpositum pronomen possessivum exprimit (§. 179—180).

432. Pronomini reciproco absolute posito nomen vel pronomen singularis et pluralis numeri semper praecedit, e. g. كه نيكان خود بزرگ ونيك روزند *nam boni ipsi magni et fortunati sunt*, GUL. 192, 2. كه ما خود كشاديم درهاى گنج *nam nos ipsi aperuimus portas thesauri*, FRAG. 26, 27 coll. من خود *ego ipse*, ib. 27, 15.

433. Quum in pronominis reciproci formis خود s. خويشتن s. خويش personae non distinguantur, ambiguitas

quaedam sermonis oritur, si in diversis enuntiati personis possessivum pronomine reciproco exprimitur, quae tamen addito pronomine personali (§. 179) prorsus evanescit. Ita در آمدی تو بخانهٔ خود significare potest: *intrasti in domum meam et tuam*; si autem pro خود ponitur من s. خودم aut تو s. خودت omnia plana sunt.

434. Pronomen reciprocum in poetico sermone pronomine personali suffixo expressum legitur, e. g. بزد چنگ وبدرید پیرامنش (Sohrabi mater filii mortem lugens) *ungues percussit et indusium suum laceravit*, Sohr. 264, 12. ولی یوسف سرش از خاك بر داشت *Josephus autem caput suum e terra sustulit*, Jos. et Sul. 72, 29. سوی پدرش نظر چو انداخت *quum in patrem suum oculos coniiceret* (Leila), Hatefi apud Lumsd. l. l. t. II, p. 71.

435. Raro in pedestri sermone utrumque pronomen permutatum reperies, e. g. یکی از حکما پسرش را نهی کرد از بسیار خوردن *sapiens quidam filio suo interdixit, ne multum ederet*, Gul. 87, 5 ubi tamen ed. Taur. legit پسررا omisso suffixo.

436. Pronomen demonstrativum (§. 181—184) nomini, ad quod pertinet, semper singulari numero praecedit, etiamsi nomen plurale sequatur, quod exemplis ubique obviis illustrare nihil opus est.

437. Per se positum pronomen demonstrativum cum nomine, ad quod referendum est, numero convenire solet, e. g. کلمهٔ چند از حکمت وموعظت با اینان بگوی dic

illis (scil. دزدان furibus) *aliquot verba sapientiae et admonitionis*, Gul. 63, 4 coll. 18, 3. شش از آنها *sex ex illis* (scil. هفتاد وچهار استر septuaginta quatuor mulis), H. Sel. 110, 11 coll. l. 10. Inde dicitur آنان که *illi, qui*, Gul. 30, 10; 131, 10; 181, 13.

438. Attamen si ad res inanimatas pronomen dem. refertur, singularis vel pluralis pronominis poni potest, e. g. وآنهارا بر صد وسی قطار شتر . . . بار کرده بودند *et illam* (scil. جهاز تمام *omnem dotem*) *centum et triginta camelis imposuerunt*, H. Sel. 110, 8 coll. l. 7. عمررا اینها زیان همی دارد *hae* (scil. پنج چیز *quinque res*) *vitae detrimento sunt*, Pend. 64, 3 et 10; cf. 20, 9 et 10. هرکه آن دارد *quicunque illas* (scil. چار چیز *quatuor res*) *possidet*, ib. 18 l. ult. et 19, 1.

439. Si ad totum enuntiatum praecedens vel sequens refertur pronomen dem., numero singulari ponendum est, e. g. توانم آن که نیازارم اندرون کسی *hoc possum, ut non offendam cor hominis*, Gul. 22, 19. هرچه دانی که هرآینه معلوم تو خواهد شد بپرسیدن آن تعجیل مکن *quodcunque necessario a te perceptum iri scis, ad hoc exquirendum ne accelera*, ib. 186, 6. 7; cf. 17, 3; 27, 15.

440. Saepe etiam pronomen personale 3 ps. et pronomen dem. inter se permutantur, e. g. بمیر تا برهی ای حسود کین رنجیست * که از مشقت آن جز بمرگ نتوان رست *mori, ut libereris, o invide, hic enim morbus est, cuius molestia nemo liberari potest nisi morte*, ubi

آن, ad praecedens رنج *morbus* referendum, pro او positum est, quod ipsum in ed. Taur. legitur, GUL. 22, 21. 22. نسل وتبار اينان منقطع كردن اوليترست وبيخ وبنياد ايشان بر آوردن بهتر *stirpem et familiam illorum exstirpare aptius est et radicem et fundamentum illorum evellere melius* (est), GUL. 20, 7, ubi ed. Taur. ايشان pro اينان legit, quum tamen non multo post pg. 22, 16 ipsum اينان pro ايشان exhibeat.

Eodem modo in allocutione pron. dem. آن pro pron. 2 ps. تو positum legimus, si sequitur eiusdem pronominis persona secunda, e. g. اى آنكه باقبال تو در عالم نيست *o tu* (ille), *cui nullus in mundo* (similis) *est quod ad fortunam tuam*, GUL. 28, 8.

441. Pronomine **indefinito** germ. *man*, gall. *on* exprimendo persae utuntur 3 ps. plur. verbi, cuius subiectum est مردمان *homines*, saepissime subintelligendum, nonnunquam etiam additum, e. g. عود بر آتش نهند ومسك بسايند *aloën igni imponunt muscumque terunt* (homines), GUL. 98, 8. ندهد مرد هوشمند جواب * مگر آنكه كزو سوال كنند *vir ingenio praeditus non responderit, nisi ipsum rogaverint* (homines), ib. 187, 15. 16. هركه با داناتر از خود مجادله كند تا بدانند كه داناست بدانند كه نادانست *quicunque cum se sapientiore controversiam suscipit, ut se sapientem esse sciant* (homines), *illum imperitum esse cognoscunt*, ib. 176, 11. 12; cf. FLEISCHER Ali's Spr. p. 13, 7. 8 ubi مردمان verbo additum est.

442. Idem pronomen exprimi potest 2 ps. sing. verbi, ut in loquendi formula تو گفتی s. تو گوئی *diceres*, e. g. تو گفتی که هستند هر دو همال *diceres, utrumque esse aequalem*, Chr. Sch. 64, 502; cf. 15, 191. 197. تو گوئی که آرام جانست ومهر *diceres, illum animae esse quietem et amorem*, ib. 63, 476.

443. Denique verbo impersonali می توان s. توان eiusdem pronominis indefiniti notio inhaeret, nam vertendum est germanice: *man kann*, gallice: *on peut* (§. 254), e. g. دشمن نتوان حقیر وبیچاره شمرد *hostis* (quicunque) *miser et inops haberi non potest*, Gul. 21, 4. هنر باید که صورت می توان کرد * بایوانها در از شنگرف وزنگار *virtute opus est, nam forma fingi potest in aedibus ex minio et aerugine*, ib. 152, 24 et 153, 1.

VERBUM.

PRAESENS.

Temporum et modorum formandi ratione in prima parte uberius explicata, nunc de eorum significatione et usu dicendum est. Consecutio autem temporum in variis enuntiati generibus exponetur.

444. Praesens aeque ac Perfectum et Futurum est tempus certum ac definitum, ut non sit alius temporis commemoratione opus, unde, quando quid fiat, cognoscatur. Hoc tempus omnino adhibetur, si de re praesenti sermo

est et in sententiis communibus, e. g. پیری صد وپنجاه ساله در حالت نزعست وبزبان فارسی چیزی همیگوید ومفهوم ما نمی گردد, *senex quidam centum quinquaginta annorum in luctamine mortis est et lingua persica aliquid loquitur, sed a nobis* (hoc) *non intelligitur*, Gul. 138, 7. حق تعالی می بیند ومی پوشد وهمسایه نمیبیند ومیخروشد *Deus altissimus aspicit et tegit, vicinus vero non videt et clamorem edit*, ib. 190, 21.

445. Saepe autem Praesens alius temporis, Futuri nimirum aut Praeteriti significatione accipiendum est. Sensum Futuri habet, si res, quae praedicitur, tanquam facta et praesens cogitanda est, vel si futurum tempus particula quadam indicatur, e. g. امشب مگر بوقت نمی خواند این خروس *hac nocte fortasse suo tempore non cantabit gallus*, Gul. 134, 18.

446. Praeteriti locum obtinet, si actio praeterita audienti tanquam praesens proponitur. Hinc in referendis aliorum verbis tempus praesens saepissime adhibetur, e. g. ملك پرسید که چه میگوید یکی از وزرای نیك محضر گفت ای خداوند میگوید *rex interrogabat : quid ille dicit* (pro dixit); *Vezirus quidam bona indole praeditus inquit : o Domine dicit* (pro dixit).

ANNOT. Partic. همی (§. 208) etiam aliis vocibus interiectis longe a verbo separari potest, e. g. که همی بی تو روز شب شمرم *dies enim sine te* (actos) *pro noctibus habeo*, Wilk. Chr. 214, 2, ubi false legitur روز وشب.

AORISTUS.

447. Aoristus forma sua Praesenti proxime accedens, Praesentis quoque significatione saepissime legitur; sed, quum tempus indefinitum sit, Futuri quoque et Praeteriti tempora exprimere potest.

448. Praesens est Aoristus, ubi tempus praesens requiritur, e. g. زر از معدن بکان کندن بدر آید *aurum ex fodina fodinam fodiendo provenit*, Gul. 191, 1. بآدمی نتوان گفت ماند این حیوان *dici non potest : hoc animal similis est homini*, ib. 97, 15. یاد دارم *memini*, ib. 57, 11. حکایت کنند *narrant*, ib. 139, 18. هرکه با بزرگان ستیزد خون خود ریزد *quicunque cum magnatibus contendit, sanguinem suum effundit*, ib. 177, 13, collatis similibus enuntiatis, in quibus vel Aoristus et Praesens variant, vel Praesens tantum legitur, ut کانکه جنك آرد بخون خویش بازی میکند *nam qui bellum movet, sanguine suo ludit*, ib. 17, 17, et هرکه نصیحت خودرائی میکند بنصیحت دگری محتاجست *quicunque pertinaci consilium dat, ipse alterius consilio eget*, ib. 173, 4.

449. Futuri significationem habet, si de re futura sermo est, et in interrogatione et iureiurando, e. g. هیچ ممسك نگذرد سوی بهشت *avarus viam Paradisi nunquam transibit*, Pend. 100, 8. با تو گویم گر نداری زان خبر *tibi dicam, si notitiam illius non habes*, ib. 123 l. ult. coll. Gul. 47, 8. جواب داد که من آن کنم که تو با برادر خود اسماعیل کردی *respondit : idem facturus*

sum, quod tu fratri tuo Ismaeli fecisti, Wilk. Chr. 144, 12. بیایم پس نامه تا یك دو ماه * كنم كشورترا سراسر تباه * بیازم سپاهی زتركان چین *adveniam post literas* (tuas) *uno aut duobus mensibus; regiones tuas prorsus delebo; adducam exercitum Turcarum et Sinensium etc.*, Frag. 23, 20—24. بنده چه دعوی كند *mancipium quid praedicet?* Gul. 40, 5. تا چه خورم صیف وچه پوشم شتا *quid comedam aestate, quid induam hyeme?* ib. 49, 15. بعزت عظیم وصحبت قدیم كه دم بر نیارم وقدم بر ندارم *per gloriam excelsi* (Dei) *et antiquum* (nostrum) *consortium* (iuro), *me spiritum non ducturum* (i. e. nihil dicturum), *nec pedem* (hinc) *moturum*, ib. 8, 6.

450. Praeteriti locum obtinet, si praecedit eiusdem temporis nota, e. g. دران كار یكجای داری قران * پس آنكه كران كار داری گران *hoc in conatu fortuna te adiuvet, postquam conatus illius molestiam expertus fueris*, Chr. Sch. 102, 265.

451. Dein etiam post coniunctiones كه et تا, quae *ut* significant et in enuntiatis conditionalibus et correlativis d. q. v. infra suo loco.

PRAETERITUM ABSOLUTUM.

452. Praeteritum absolutum proprie adhibetur in actione praeterita, ad aliam actionem, sive praesentem, sive praeteritam, sive futuram non respiciente. Aoristum alii hoc tempus appellant, utpote cum Graecorum Aoristis

conveniens, e. g. دست بدست میزند که دریغ * نشنیدم حدیث دانشمند *manus collidit* (dicens); *eheu, non audivi sermonem sapientis*, GUL. 149, 19. 20.

453. Saepissime autem Praeteritum absolutum, narrationi maxime inserviens, Perfecti et Plusquamperfecti imo et Imperfecti locum obtinet, si narrator ipsam actionem praeteritam in mente habens, status perdurantis, quum saepe per se intelligatur, rationem habere neglexit, e. g. هرمز تاجداررا گفتند از وزیران پدر چه خطا دیدی که ایشان‌را بند فرمودی گفت خطائی معلوم نکردم ولیکن دیدم . . . ترسیدم . . . پس قول حکمارا بستم *Hormuso Tadschdar dixerunt : quid criminis in patris* (tui) *Veziris deprehendisti, quod eos carcere inclusisti? respondit : crimen non deprehendi, sed vidi . . . metui . . . ideo e sapientum consilio egi*, GUL. 25, 9—13. ومن بنده امید آورده ام نه طاعت وبدریوزه آمدم نه بتجارت *et ego mancipium spem, non obsequium attuli, et mendicandi non vero mercatus instituendi causa veni*, ib. 53, 14. 15, ubi آمدم respondet praecedenti Perfecto آورده ام cf. ib. 55, 12. 13. چون برسیدم بوی گلم چنان مست کرد *postquam perveneram in eum*(hortum), *rosarum odor adeo ebrium me fecit*, ib. 3, 9. شنیدم که آن مدت ملک‌را دشمنی صعب روی نمود چون دو لشکر روی بهم آوردند اوّل کسی که اسب در میدان جهانید آن پسر بود *audivi, illo tempore acrem hostem in regem insurrexisse; postquam ambo exercitus concurrerant, primus fuit ille filius, qui equum* (suum) *in campum egit*, GUL. 17, 12. 13 coll.

56, 21. 22; 57, 3; 58, 9; CHR. SCH. 74, 53; PEND. 279, 17. یکی از صلحای جبل لبنان که مقامت او در دیار عرب مذکور بود وکرامت او مشهور بجامع دمشق در آمد وبر کنار برکهء کلاسه طهارت میکرد پایش بلغزید وبحوض در افتاد وبمشقت بسیار از آنجا خلاص یافت ودر نماز شروع کرد *quidam piorum montis Libani, cuius virtutes in Arabia pervulgatae et prodigia inclyta erant, templum Damascenum ingressus in ora lacus Callasch abluitionem* (praescriptam) *faciebat; pede eius forte labante in cisternam illapsus aegerrime evasit et precationem aggressus est*, GUL. 58, 5—8.

Igitur Praeteritum absolutum tempus historicum appellaveris, cuius tamen usus non ita arctis regulis est adstrictus, quam Aoristorum linguae Graecae, ut exempla modo allata et ubique obvia docent.

454. Quum actio absolute praeterita immutari nequeat, Praeteritum absolutum haud raro cum emphasi quadam de re praesenti et futura adhibetur, si tanquam res certissima, de qua amplius dubitari non possit, scriptoris animo obversatur ob eamque causam ut iam peracta audienti proponitur, e. g. سیاهرا بتو بخشیدم *nigrum tibi dono*, scil. vitam illi concedens, GUL. 51 l. ult. وثبت آن درین اوراق چندان بعید ننمود *eamque* (narrationem) *hisce foliis apponere haud alienum videtur*, WILK. Chr. 136 l. antp.

455. Si enuntiatum est compositum aut in utroque, aut in uno alterove membro Praeteritum absolutum poni-

tur, e. g. بخشیدم اگر مصلحت ندیدم *condono, quamvis consultum mihi non videatur*, Gul. 21, 2. هر که آمد عمارتی نو ساخت * رفت ومنزل بدیگری پرداخت *quicunque* (in mundum) *venit, novam domum aedificat, abit et domum alii vacuam relinquit*, ib. 6, 18. 19. هرکه زر دید سر فرو آورد *quicunque aurum viderit, caput inclinat*, ib. 134, 13 coll. 12, 3; 38, 21. هر آنکه گنج قناعت بکنج دنیا داد * فروخت یوسف مصری بکمترین ثمنی *quicunque tranquillitatis thesaurum pro angulo mundi commutat, vendit Iosephum Aegyptium vili pretio*, Hafiz in Vit. poet. pers. I, 8, 6 et 7. اگر چنین است من ترا آزاد کردم وبه نوزده دینار ونیم ترا در حبالهء نکاح آوردم *si ita est, liberam te faciam* (a servitute) *et novemdecim drachmarum et dimidiae dote assignata te mihi matrimonio coniungam*, H. pr. r. 6 vers., 13. نماند حاتم طائی ولیك تا بابد * بماند نام بلندش به نیکوئی مشهور *non restitit Hatem Taji, verum in aeternum restabit nomen eius benevolentia clarum*, Gul. 83, 20 ubi Semelet ولیکن et نکوئی legit contra metrum. هرکه در خردیش ادب نکنند * در بزرگی فلاح ازو برخاست *quemcunque in pueritia bonis moribus non imbuunt, hic aetate provecta ab homine rustico superatur*, ib. 147, 4. 5. هرکه علم شد بسخا وکرم * بند نشاید که نهد بر درم *quicunque liberalitate et beneficentia excellit, illum non decet pecuniae vincula iniicere*, ib. 149, 7. 8.

Eodem modo in Arabica lingua Praeteritum pro

Praesenti et Futuro saepe adhiberi exemplis commonstravit de Sacy l. l. I, §. 365.

456. Denique Praeteritum absolutum pro Aoristo poni potest, si de re non magno in discrimine ponenda sermo est, e. g. آمدی یا نیامدی هر دو برابر است *venias, non venias, nihil interest*, Lumsd. l. l. t. II, p. 324.

IMPERFECTUM.

457. Imperfecto quae fieri dicuntur, ea sic fieri intelliguntur, ut praesentia sint tempore perfecto. Itaque indicat actionem continuatam, dum alia vel aliae perdurabant, vel saepius repetitam, vel quae semel tantum fit, sed ita, ut notio continuitatis simul exprimatur, e. g. هر بیدقی که براندی بدفع آن بکوشیدمی وهر شاهی که بخواندی بفرزین بپوشیدمی *quotiescunque peditem promovebat, ego illum repellere adlaborabam, et quotiescunque regi assultum indicebat, regina* (regem) *protegebam*, Gul. 163, 1. 2. ریشی درون جامه داشتم شیخم هر روز پرسیدی که ریشت چونست ونپرسیدی که کجاست *vulnus sub veste habui; senex quotidie me interrogabat: quomodo se habet vulnus tuum? sed non interrogabat: ubinam est* (vulnus)? ib. 187, 19. بزرگیرا در محفلی همی ستودند ودر اوصاف جمیلش مبالغه همی نمودند *magnatem quendam in sodalitio quodam laudabant virtutesque illius praeclaras extollebant* (scil. continuo), ib. 57, 21.

سنگرا با خود نگاه میداشت *saxum secum asservabat* (scil. per longum tempus), ib. 38, 13. وهر چه داشتی بستدی *et omne quod possidebat auferre solebat*, H. Sel. 118, 11. یکشب تامّل ایام گذشته میکردم وبر عمر تلف کرده تاسّف میخوردم وسنگ سراچهء دلرا بالماس آب دیده می سفتم واین بیتهای مناسب حال خود می گفتم *quadam nocte de diebus praeteritis meditabar et vitae perditae moerorem devorabam saxumque habitaculi cordis lacrymarum adamante perforabam hosque versus conditioni meae convenientes dicebam*, ib. 6, 7—9. روزی در مجلس او کتاب شاهنامه همی خواندند *quodam die in consessu illius librum Schahnameh legebant*, ib. 23, 16 coll. 46, 12—14; 63, 15—19.

458. Hinc in sententiis relativis poni solet, praecedente Praeterito absoluto, e. g. درویش را دیدم که سر بر آستان کعبه نهاده مینالید ومی گفت *quendam religiosum vidi, qui capite in templi Meccani limine posito ingemiscebat et dicebat*, Gul. 53, 8 coll. 54, 1. 2. یکی را دوستی بود که عمل دیوان کردی *quidam amicum quendam habebat, qui in Diwano* (regis) *muneri praepositus erat*, ib. 70, 11 coll. 37, 12.

De usu Imperfecti in enuntiatis conditionalibus vid. infra suo loco.

PERFECTUM.

459. Perfectum, ut tempus certum ac definitum, indicat actionem perfectam et absolutam, ut non sit alius

temporis commemoratione opus, unde, quando quid factum sit, cognoscatur, e. g. حکما گفته اند *et sapientes dixerunt*, Gul. 32, 7. خدای عزّ وجلّ مرا مالك این مملکت گردانیده است *Deus excelsissimus me regem huius regni constituit*, ib. 36, 21.

460. Verbum auxiliare, quo Perfectum formatur, etiam omitti potest. Maxime hoc fieri solet, si plura Perfecta se invicem excipiunt, quorum primum tantum cum verbo substantivo coniungitur, e. g. که سگرا گشاده اند وسنگرا بسته *qui canes immiserunt* (in me) *et lapides ligarunt*, Gul. 112, 15.

461. Perfectum pro Futuro exacto legitur, si res futura ut iam peracta scriptoris menti obversatur, e. g. فرداست که خامهء اجل ناگهان خط بطلان بر نقش این وآن کشیده است *crastinus dies est*, *quo calamus scriptorius mortis subitaneae lineam vanitatis supra picturam huius et illius duxit* (pro duxerit کشیده باشد), Lumsd. l. l. t. II, p. 303.

PLUSQUAMPERFECTUM.

462. Plusquamperfectum e praeterito tempore ut praegressum pendet; hoc enim tempore quae facta dicuntur, non potest, quando facta sint, intelligi, nisi definiantur ex alio eoque perfecto tempore, cui praecesserint, ut یکی بر سر راهی مست خفته بود وزمام اختیار از دست رفته عابدی بر سر او گذر کرد ودر حالت مستقبح او نظر کرد

quidam in via ebrius obdormiverat habenasque liberi arbitrii amiserat; religiosus illum praeteriens foedum illius statum aspexit, Gul. 77, 23, quo in exemplo ex iis, quae de religioso dicuntur, intelligitur, quando ebrius obdormiverat. Cf. Gul. 51, 1.

463. In hoc quoque tempore verbum auxiliare omitti potest et, si plura sunt Plusquamperfecta, primo tantum adiungitur, e. g. که همه عمر لقمه اندوخته وپاره به هم دوخته *qui* (mendicus) *totum vitae tempus bucellas collegerat et lacinias consuerat* (scil. omisso بود), Gul. 69, 9. روزی تا بشب رفته بوديم وشبانگاه بپای حصاری خفته *quodam die usque ad noctem iter feceramus et tempore nocturno ad pedem castelli obdormiveramus*, ib. 56, 1 coll. 57, 12—14.

FUTURUM SIMPLEX.

464. Futurum omnino adhibetur de re futura. Sed rarior est Futuri simplicis usus et poetico imprimis sermoni proprius; nam pro Futuro Aoristus poni solet, aut aliis temporibus Futurum exprimitur.

465. Quum Futurum simplex ope verbi auxiliaris خواستن *cupere, velle*, gr. *μελλειν* sequente Infinitivo formetur, hoc tempus proprie significat *velle quem facere aliquid*, e. g. اگر اين بنده بخواهی کشت *si hunc servum vis interficere*, Gul. 40, 7. بتر زآنم که خواهی گفتن آنی *peior sum, quam tu vis dicere : hoc es*, ib. 48, 16. —

Idem verbum خواستن *velle* sequente coniunctione كه *ut* construi potest, e. g. چه ما ميخواستيم كه اين اسبرا جهت خداوند عالم بخريم *hunc enim equum principi mundi emere voluimus*, H. Sel. 209, 10 coll. Lumsd. I. I. II, p. 316.

466. Dein ad ipsam actionem futuram transfertur hoc verbum auxiliare, quia id, quod efficere volumus, nondum factum est, neque fit, sed futurum est, e. g. چنانكه دست بدست آمدست ملك بما * بدستهاى دگر همچنين بخواهد رفت *perinde ut regnum per manus ad nos pervenit, ita etiam in aliorum manus transibit*, Gul. 43, 15. 16. راست نخواهد شدن اين پشت كوز *rectum non fiet hoc tergum incurvum*, ib. 143, 7. گرچه كس بى اجل نخواهد مرد *etsi nemo sine fato moriturus sit*, ib. 101, 10 coll. 54 l. ult.; 97, 20. 22; 101, 3; 120 l. ult.; 130, 7. 9; 186, 6.

Annot. In poetico sermone verbum aux. خواستن auf Infinitivum sequi, aut vocibus quibusdam interpositis ab Infinitivo separari potest, e. g. چو رخت از مملكت بر بست خواهى *si sarcinas* (ad discedendum) *ex* (hoc) *regno colliges*, Gul. 81, 21. دران ساعت كه خواهد اين وآن مرد * نخواهد از جهان بيش از كفن برد *illo momento, quo hic et ille moriturus est, plus quam ferales fascias ex* (hoc) *mundo non auferet*, ib. 81, 19. 20.

FUTURUM EXACTUM.

467. Futurum exactum e futuro tempore ut prae-

teritum pendet eoque significatur, aliquid neque praeterito, nec praesenti, sed futuro tempore praeteriisse, e. g. نمازی‌را که دروی این شعر گفته شده باشد چه مزه بوده باشد *precibus, in quibus hoc carmen dictum fuerit, quodnam pretium fuerit*, Spieg. Chr. 19 fin. حکم کرده تا هر زیادتی که در ایام گذشته ستده باشند در آینده مجری دارند *iussit, ut illud, quod diebus praeteritis nimium* (ab illis) *acceperint, in futurum restituerent*, H. Sam. 22, 13.

468. Sed huius quoque temporis, ut in aliis linguis, rarior est usus, quia tempus futurum et actio perfecta, quae in Futuro exacto sunt coniuncta, ita separari solent, ut Fut. exactum aut Futuro aut Praeterito exprimatur. Sic in persico sermone Fut. exactum aut Aoristo pro Futuro, aut Praeterito exprimi multa docent exempla, ut چون فرود آیی بوادیٔ طلب * هر زمانی پیشت آید صد تعب *si descendis in vallem inquisitionis, quovis momento centum molestiae tibi occurrent;* pro فرود آمده باشی *descenderis*, Pend. 170, 3. 4. روی دل چون از هوا بر تافتی * بعد از آن می دان که حق‌را یافتی *si animum a cupidine avertisti, tum scias, Deum te invenisse;* pro بر تافته باشی *averteris*, ib. 34,15. Plura vid. infra sub تا.

CONDITIONALIS.

469. Modi Conditionalis unum est tempus, Praeteritum conditionale, quod cum Imperfecto, quod ad formam, plane convenit et in enuntiato conditionali maxime adhi-

betur, e. g. اگر من از خدای تعالی چنین ترسیدمی که تو از سلطان از جملهء صدیقان بودمی *si ego Deum altissimum ita metuerem ut tu regem, unus iustorum essem*, Gul. 45,21. اگر در مفاوضهء او شبی تاخیر کردی چه شدی *si per unam noctem societatis illius* (puellae) *commercium extendisset, quidnam fuisset*, ib. 51, 17. وخسّت نفس جبلی در نهادش همچنین متمکّن که نانی بجانی از دست ندادی وگربهء ابی هریــرهرا بلقمهء ننواختی وسگ اصحاب کهفرا استخوانی نینداختی *turpitudo aviditatis a natura* (illi) *inditae ingenium illius adeo subegerat, ut ne unum quidem panem* (liberandae) *animae impendisset et Abu Horairae felem ne una quidem bucella placasset, neque cani dormitorum in spelunca os proiecisset*, ib. 95, 9—11. Plura v. infra de enuntiatis conditionalibus.

OPTATIVUS.

470. Praeteritum conditionale est etiam Optativi tempus, e. g. چه بودی که من آن درخترا بدانستمی که کجاست تا دعا کردمی که پدرم بمیرد *utinam ego hanc arborem nossem, ubi esset, ut precarer (ibi), ut pater meus moreretur!* Gul. 141,19.*) کاش کانان که عیب من جستند رویت ای دلستان بدیدندی *utinam illi, qui*

*) چه بودی که seq. vel گر proprie significans *quid fieret, si* respondet arab. لَيْتَ, quod est synonymum pers. کاش *utinam*.

vitium meum carpunt, vultum tuum viderent, o tu qui cor rapis! Gul. 131, 10 coll. 130, 13. 14; Jos. et Sul. 44, 21. 22; Vit. poet. pers. fasc. I, 16, 5.

471. Optativo exprimendo inservit etiam Imperativi forma optativa de q. v. supra §§. 216. 217 coll. p. 125 annot. 2, e. g. بحضور پدرش گفت برکت مدهاد خدای ترا وآنرا که تو ازوی پیدا شده *coram patre eius dixit: tibi ne benedicat Deus, nec illi a quo vitam accepisti!* H. Sam. 22, 4 inf. ubi Wilken false بدهد; leg. مدهاد cum cod. Par. ترا باد جاوید تخت وکلاه *semper tibi sit thronus et diadema,* Chr. Sch. 30, 57 coll. 4, 40; 13, 166.

472. Praeterea Aoristus quoque in enuntiato optativo adhibetur, e. g. زبخت خویشتن خوابش نهم وام *a fortuna mea somnum illi* (oculo) *mutuo sumerem,* i. e. utinam mutuo sumere possem, Jos. et Sul. 37, 9 inf. ubi pro دهد cum Rückerto نهم recepi. Cf. Chr. Sch. 79, 138. 143.

IMPERATIVUS.

473. In Imperativo iubendi continetur significatio, quae aut mandato, aut consilio aut optato exprimitur, e. g. گفت برانید این گدای شوخ مبذّررا (rex) *inquit: eiicite istum mendicum impudentem ac prodigum,* Gul. 29, 1. از خدا ترس *Deum time,* Pend. 64, 2 inf. ای خداوند ببخشای واگر مستوجب عقوبتم در قیامت مرا نابینا بر انگیز تا در روی نیکان شرمسار نشوم *o Deus, ignoscas* (mihi crimina mea); *si vero supplicio dignus omnino fuero,*

me resurrectionis die coecum suscitato, ne in conspectu piorum erubescam, Gul. 54, 6.

474. Imperativus گو *dic* verbi گفتن, qui aliis Imperativis in poetico imprimis sermone praeponitur (§. 214 et 215), haud raro a verbo, ad quod pertinet, aliis vocibus interpositis separatur, e. g. دوستان گو نصیحتم مکنید *ne consilium mihi afferant amici*; ad verb. amici, dic (illis) ne consilium mihi afferatis, Gul. 117, 3. او گوهریست گو صدفش در میان مباش *ipse unio est ne intra concham lateat*; ad verb. dic (illi unioni): concha eius in medio ne esto, ib. 100, 5.

475. Imperativus خواه verbi خواستن *velle*, si repetitur, in coniunctionem abit et valet Lat. *sive — sive*, e. g. آستین خواه دراز وخواه کوتاه *sive longa sit manica sive brevis* (nil refert), Gul. 185, 8.

476. Imperativum prohibitivum aut particula مه *ne* sep. vel مَ insep. Imperativo praeposita, aut Aoristo verbi negativi praecedente coniunctione تا *ut* exprimi, iam supra (§§. 232. 233) exemplis commonstratum est.

De Imperativi in enuntiato conditionali usu vid. infra suo loco.

INFINITIVUS.

477. Infinitivus solam ac nudam continet praedicati, quod in verbis inest, significationem et aut ut nomen substantivum aut ut verbum construi potest.

478. **Si Infinitivus est nomen substantivum, aliorum quoque nominum constructionem sequitur; si autem verbum est, duo potissimum eiusdem usus genera sunt observanda.**

1) Infinitivus subiectum enuntiati esse omninoque rationes, quae in substantivo casibus significantur, exprimere potest, e. g. دل درین دنیا بستن خطاست *cor ad hunc vilem mundum alligare peccatum est*, PEND. 25, 12 coll. 38, 3; 44, 4—6; 110, 5. رحم آوردن بر بدان ستمست بر نیکان وعفو کردن از ظالمان جورست بر مظلومان *misereri pravorum est iniustitia in bonos et veniam dare oppressoribus est iniuria in oppressos*, GUL. 168, 6 coll. 153, 4. کنون است هنگام کین خواستن *nunc tempus est ultionem petere*, FRAG. 31, 16. بدستوری باز گشتن بجای *cum licentia redeundi in locum*, CHR. SCH. 81, 174 coll. 85, 245. خیز که نه جای خفتنست *surge, hic enim non est dormiendi locus*, GUL. 142, 5. در وقت رفتن *tempore proficiscendi*, ib. 105, 22.

Aliquando etiam Infinitivus apocopatus legitur, e. g. خطاست پنجهء مسکین ناتوان بشکست *nefas est, manum miseri impotentis frangere*, GUL. 26 l. ult.; cf. LUMSD. l. l. t. II, p. 251.

2) **Infinitivus post illa verba ponitur, quae alia actione magis definienda sunt, ita ut Infinitivus pro obiecto verbi finiti praecedentis haberi possit. Attamen pro Infinitivo saepe etiam ipsum verbum finitum praecedente**

coniunctione که vel تا *ut*, a qua regitur, poni solet. Talia verba sunt

a) quae temporis rationem indicant, ut آغاز کردن seu گرفتن *incipere*, e. g. پیچیدن آغاز کرد *et* (prae ira) *se torquere coepit*, FRAG. 24, 18. برگ درختان خوردن گرفت وبیخ گیاهان بر آوردن *folia arborum edere et radices herbarum evellere coepit*, GUL. 103, 22 coll. 21, 18; 33, 4; 73, 24. 25.

b) quae significant *facere ut aliquid fiat*, *iubere*. Sic اشارت کردن .s فرمان دادن *iubere* et synonyma cum Infinitivo praecedente praepositione به construi solent, e. g. پادشاهی بکشتن بی گناهی فرمان داد *rex innocentem interfici iussit*, GUL. 46, 3. همهرا بکشتن اشارت فرمود *omnes interfici iussit*, ib. 19, 21 coll. 15, 1; 39, 10.

Aliquando etiam post فرمودن *iubere*, quod sequente تا vel که *ut* construi solet, Infinitivus legitur, e. g. آنگه بقصاص او مرا بفرمای کشتن *deinde illius ulciscendi causa me interfici iubeas*, GUL. 40, 9. بفرمود کردن برانجا نگار *ibi pingi iussit*, FRAG. 20, 7.

c) denique quae rationem quandam ad voluntatem illius qui agit indicant, qualia sunt verba impersonalia بایستن *debere*, شایستن *decere*, توانستن *posse* eorumque synonyma et quae significant, *velle*, *consilium capere* et similia.

479. Verba impersonalia et alia quaedam cum Infinitivo vulgari vel apocopato construi solent (§. 255); sed pro Infinitivo etiam verbum finitum, quod a coniunc-

tione regitur, poni potest. En exempla utriusque constructionis:

a) بایستن e. g. پیش بی عاقلان نمی باید نشست *proxime imperitos non sedendum est*, PEND. 22 l. ult. پشم بایستی کاشتن *seminanda erat lana*, GUL. 50, 13. نباید که سخن را با کسی در میان نهی *hoc nemini dicas necesse est*, ib. 109, 12 coll. 77, 15; 103, 6; 187, 24; PEND. 108, 10.

b) شایستن e. g. مرا در وی سخن گفتن نشاید *mihi non convenit de hac re verba facere*, GUL. 50, 5; cf. 170, 5. نشاید که نامت نهند آدمی *non convenit te hominem appellare*, ib. 27, 12 coll. 17, 11; 30, 1; 88, 6; 181, 19 et cum گر construitur, e. g. گر نخوانند زاهدم شاید *si monachum me non dicunt, fas est*, i. e. monachus dici non mereor, GUL. 75, 4 coll. PEND. 53 l. ult.

c) توانستن e. g. تا نگفتی می توانی گفتنش * چون بگفتی کی توان بنهفتنش *quamdiu vocem nondum emisisti, illam emittere potes, vox autem emissa quomodo celari potest*, PEND. 57 l. antp. coll. GUL. 66, 10. 11. کس نتواند گرفت دامن دولت بزور *nemo laciniam (vestis) fortunae vi arripere potest*, GUL. 98, 12 coll. 29, 10. 11. که صورت می توان کرد *nam simulacrum pingi potest*, ib. 152 l. ult. et sequente که ut arab. ان seq. قدر ut. توانم آن که نیازارم *hoc possum, ut non offendam*, ib. 22, 19. نتوانم دیده ز دیدنت بردوزم که a *tuo aspectu non possum oculum dimovere*, ib. 119, 5 coll. 103, 2; 132, 22; H. BUL. 17, 19; 22, 18 et FLEISCHER ALI's Spr. p. 13 l. antp.

d) Verbi توانستن synonymum est آرستن quod eodem quoque modo construitur, sed non legitur nisi cum negatione coniunctum, e. g. وپیش آمدن نیارند *sed adversus occurrere non possunt*, Gul. 178, 7. کسی سام یلرا نیارست گفت *nemo Samo heroi dicere potuit*, Chr. Sch. 35, 117; cf. Frag. 21, 15; Lumsd. l. l. t. II, p. 317.

e) Hisce adde خواستن e. g. تا چه خواهی خریدن *quidnam vis emere*, Gul. 57, 9. فریدون دیگر همی خواست شد *alter Feridun fieri voluit*, Frag. 18, 21. خدای خواست که بر عالمی ببخشاید *Deus huius orbis misereri voluit*, Gul. 165, 6. من اورا نمیخواهم که بینم *nolo illum videre*, ib. 70, 12 cf. supra §. 464.

Annot. Verba باید et شاید eo inter se differunt, quod in priore notio *necessitatis*, in شاید autem *convenientiae* praevalet, quod discrimen optime apparet, ubi unum alteri est oppositum. Quum autem *necesse esse* et *decere* s. *convenire* notiones sint affines, quae inter se coalescant, duo haec verba saepe promiscue usurpata leguntur. Exemplis modo allatis adde سخنی در نهان نباید گفت که بهر انجمن نشاید گفت *verbum aliquod in occulto dici non debet, quod in omni conventu dicere non convenit*, Gul. 168, 22. 23. تا مرا هست ودیگرم باید * گر نخوانند زاهدم شاید *quamdiu aliquid possideo et aliud mihi opus est, si monachum me non dicunt, fas est*, i. e. monachus dici non mereor, ib. 75, 3. 4. سه چیز آورده ام که جز ملوکرا نباید وجز سلاطینرا نشاید *tria apportavi, quae nonnisi regibus decent et principibus conveniunt*, Spieg. Chrest. 5, 6. نشاید ترا جز بتو یافتن * عنان باید از هر دری تافتن

te (Deum) *alio modo quam per te ipsum invenire non licet, a quacunque* (alia) *re habenae deflectendae sunt*, Isk. N. 20, 2, ubi Schol. utrumque verbum impers. per باید explicat dicens: یعنی ترا بتوفیق تو باید یافت واز هر دیگر امورات اعراض باید کرد. — Haud raro شاید per *fortasse* vertendum est, e. g. شاید اورا بفریبی بدین بیشه توان کشید *fortasse dolo in hanc silvam perduci potest*, Spieg. Chr. 25, 2. 3.

PARTICIPIA.

480. Participia ut Infinitivus ad nomina et verba simul referri possunt. Si nomina sunt, nominum quoque normam et leges sequuntur.

481. Inter tres Participii praesentis formas ea quae in ان desinit statui حال (§. 326, 2) exprimendo inservire solet, e. g. فرزندش دید گریان *filium suum vidit lacrymantem*, Pend. 19, 2. ولا حول کنان گفتم *et* (formulam) *lā haul recitans dixi*, i. e. Deum testatus recitandis Korani verbis, لا اله الا الله *dixi*, Gul. 148, 5. coll. ib. 32, 14; Lumsd. l. l. t. II, p. 222.

482. Participium cum nomine, quod regit, statu constructo poni solet, e. g. شناسندهٔ آشکار ونهان *sciens manifestum et occultum*, Frag. 22, 12. گذارندهٔ سخن *verba faciens* i. e. loquens, Ali's Spr. 11, 7.

483. Rarior est constructio verbalis, qua nomen eo casu, quem verbum postulat, regitur, e. g. برای ودانش

نماینده راه *ad prudentiam et scientiam monstrans viam*, Chr. Sch. 79, 142.

484. Participium praesentis Futuri quoque significationem habere potest, e. g. ستاننده اسب ازوی را *illum, qui equum ab eo sumturus erat*, i. e. qui in eo erat, ut equum ab eo sumeret, II. Sel. 208 l. antp.

485. Participii praeteriti perfrequens usus est in persico sermone, quum verbum finitum enuntiati, omissa coniunctione vel copula, quibuscum enuntiata inter se coniunguntur, participio praeteriti poni soleat, casuum tamen et numeri mutationes nunquam subeunte. Quae quidem constructio in narratione imprimis adhibetur et respondet Latinorum constructioni participiali et absolutae, e. g. وامیر نوح از صورت حادثه آگاهی یافته با لشکرهای ما ورا النهر از آب عبور نموده بمرو آمد *et Emir Nuh hac de re certior factus cum copiis Transoxanis Oxum transgressus Mervum pervenit*, II. Sam. 60, 1. باز سلطان احمد از قیصر روم امداد ستانده بطرف بغداد عودت نمود *Sultan Ahmed, auxiliis a Graecorum imperatore acceptis, Bagdadum iterum revertit*, Vit. Poet. fasc. I, 17, 12. چون خواجه بخانه آمد نابینارا پیش خود طلبیده در گوش او گفت *quum Chodscha domum pervenisset, coecum arcessivit eique in aurem dixit*, II. Sel. 136, 1. وایشان بحبس خلیفه رسیده خدمتش را از حبس بیرون آوردند *hi autem, postquam in carcerem Chalifae pervenerant, ipsum Chalifam e custodia educebant*, ib. 64, 13. تشنه را دل نخواهد آب زلال * نیم خورده دهان گندیده *sitibundi animus non*

expetit aquam dulcem, dimidia (illius aquae) *parte ab ore foetido exhausta*, Gul. 52, 4. 5. تشنه‌را دل کجا بخواهد آب * کوزه بگذشته بر دهان بسکنج *sitibundi animus quomodo expetat aquam, urceo os foetidum praetergresso?* ib. 52, 8. 9.

ENUNTIATA SIMPLICIA ET COMPOSITA.

DE SUBIECTO ET PRAEDICATO EORUMQUE COMPLEMENTIS.

Quod linguis commune est praeceptum, ut cum subiecto enuntiati praedicatum genere et numero conveniat, in persica lingua de genere non valet, quum genera terminatione non sint distincta; ratione autem numeri subiectum praedicatum et copula varias mutationes subire possunt.

486. Pluralis subiecti, quod animans significat, construi solet cum singulari praedicati et plurali copulae, e. g. دشمنان اسیر شدند *hostes captivi facti sunt*, Gul. 25, 22. وبعد ازان دیگر برادرانش پادشاه شوند *et post illum ceteri illius fratres reges fient*, II. Bui. 14, 16.

زاغان زبان ثنا گستری گشاده گفتند *cornices, ore laudationis aperto, dixerunt*, An. Soh. 106, 7 coll. 56 vs., 7. وآنان که غنی ترند محتاج ترند *et illi qui ditiores sunt, eo* (pulvere portae regis) *magis indigent*, Gul. 26, 18.

Annot. 1. Aliquando pluralis praedicati ponitur, ut dici possit ایشان توانگر اند et توانگران اند *illi divites sunt*, Lumsd. l. l. t. II, p. 163.

Annot. 2. Raro verbum poetas singulari ponere Lumsden hisce exemplis probat: خوبان اصفهان چو شفائی پسند نیست *pulcrae* (puellae) *Isfahanenses ut Schifai gratae non sunt*, Lumsd. l. l. t. II, p. 163. الا ای هم نشین دل که یارانت برفت از یاد *age, o socia cordis mei, amici tui e memoria excesserunt*, Hafiz apud Lumsd. l. l. t. II, p. 178.

487. Pluralis subiecti, quod inanimans significat, construi solet cum singulari praedicati et copulae sive sit pluralis persicus, sive arabicus sanus et quem fractum dicunt, e. g. کارها بصبر بر آید *res patientia procedunt*, Gul. 175, 13. فواید سفر بسیار است *fructus itineris multi sunt*, ib. 98, 18 coll. 58, 5; 176, 5. ومیان ایشان محاربات واقع شد *et inter illos bella exorta sunt*, H. Bui. 56, 17.

Annot. Si pluralis persicus in ان desinit (§. 112), aliquando pluralis copulae legitur, ut dici possit درختان سبز شد et شدند *arbores frondescunt*, Lumsd. l. l. t. II, p. 164. 182.

488. Plura nomina animantium, copula vel coniunctione inter se coniuncta, cum plurali verbi construun-

tur, praedicato in singulari remanente, raro plurali posito, e. g. سپاه ورعیت آن طرف بجملگی مطیع فرمان گشتند *exercitus et subditi illius regionis iunctim imperio obtemperaverunt*, Gul. 25, 23 coll. 69, 13. 14. مردم ومرغ ومور گرد آیند *homines et aves et formicae se congregabunt*, ib. 29, 15. من وتو هم دو خواجه تاشانیم *ego et tu, nos ambo simul condiscipuli sumus*, ib. 78 l. ult., ubi praedicatum est pluralis numeri, coll. 26, 17; 173, 16; An. Soh. 54, 9. 10; 56, 15. 16.

489. Eadem constructio locum habet, si unum alterumve nomen rem inanimantem significat, e. g. مال واولادات یمعنی دشمنند *divitiae et liberi* (tui) *revera inimici* (tui) *sunt*, Pend. 98, 10. گنج ومار وگل وخار وغم وشادی بهمند *thesaurus et serpens, rosa et spina, moeror et gaudium coniuncta sunt*, Gul. 164, 2, ubi tamen ed. Taur. singularem بهم است exhibet. Singularis quoque legitur in hoc versu Kemali همه جا عاشق ودرویش وگدا پیش آمد *quovis loco amans et Derwisch et mendicus obviam venerunt*, quem Lumsd. l. l. t. II, p. 179 allegat.

490. Si autem nomina inter se coniuncta rem inanimantem significant, verbum singulari poni solet, e. g. تلخی وخوشی وزشت وزیبا بگذشت *amarum et dulce et turpe et pulcrum transierunt*, Gul. 46, 7 coll. 50, 18; 166 l. ult.; 171, 2; II. Bui. 32, 18.

Aliquando pluralis verbi legitur, ut dici possit شدند et باز در باغ لاله وسنبل تازه شد *iterum tulipa*

et hyacinthus in horto flores expanderunt, Lumsd. l. l. t. II, p. 165.

491. Si cum nomine quodam unum vel plura ope praepositionis با coniunguntur, verbum singulari poni solet; aliquando etiam pluralis verbi legitur, e. g. سلجوق با اتباع واشياع خويش مسلمان شد *Seldschuk una cum comitatu suo Mohammedanus factus est*, H. Sel. 5, 7 coll. 12, 2; Gul. 61, 20; Chr. Sch. 66, 528. اكنون كه طغرلبك با ساير اعيان دولت بمدد ومعاونت او آمدند *nunc quum Toghrulbeg et ceteri regni principes illi auxilio venerint*, H. Sel. 40, 14.

492. Si nomen animantis numerali auctum est, verbum plurali poni solet, e. g. ده آدمى بر سفره بخورند ودو سگ بر جيفه بسر نبرند *decem homines in una mensa edunt, duo vero canes in uno cadavere finem non assequuntur*, Gul. 173 l. ult. coll. 171, 12; H. Sel. 47, 2. 5; H. Bui. 33, 17. ودر آن سال چند پادشاه فوت شدند *hoc anno multi reges mortui sunt*, H. Bui. 18, 16.

Aliquando etiam singularis verbi legitur, e. g. درين شهر چهار صد زاهدست *hac in urbe quadringenti monachi sunt*, Gul. 75, 11 cf. 70, 15. 16. تا هزار غلام كه بهتر از تو باشد بخرند *ut mille servos, qui te meliores sunt, emant*, H. Sel. 171, 9. دران بيشه چند درخت انجير بود *in illa silva multae arbores fici erant*, An. Soh. 191 med. coll. Lumsd. l. l. t. II, p. 166.

493. Si nomen inanimantis numerali auctum est, verbum singulari poni solet, e. g. شد دو خصلت مرد

نشان ابلهرا *duae proprietates designant insipientem,* Pend. 70, 2. قضا دگر نشود ور هزار نالهٔ وآه * بشکر یا بشکایت بر آید از دهنی *fatum non mutatur, etsi mille gemitus et suspiria ad gratiarum actionem vel ad querelam ex ore proveniant,* Gul. 183, 5. 6 coll. 1, 3. 4; 168, 5.

Raro pluralis verbi legitur, e. g. این دو چیزم بر گناه انگیختند *hae duae res ad peccatum me incitarunt,* Gul. 136, 3.

494. Si subiectum est nomen collectivum, vel cum vocabulis quae *omnes*, vel *plures*, *aliquot* significant, coniunctum, verbum singulari vel plurali poni potest. Attamen singularis, si nomen rem inanimantem notat, magis in usu est, e.g. تا مردمی که ازان ولایت جلا شده بودند بولایت خویش مراجعت نمودند *ut homines, qui ex illa provincia migraverant, in patriam suam redirent,* H. Sel. 35 fin. بعضی از مورخان گفته اند *quidam rerum scriptores dixerunt,* H. Ism. 192 fin. coll. 226, 17—20. جفتی ازان بر کنار دریا نشیمن داشتند *par illarum (avium) in ripa fluminis nidum habebant,* An. Soh. 55 vs., l. ult. وچندان لشکر جمع شد *et tantus exercitus convenit,* II. Sam. 94, 1. وسپاه ترکمانان خواستند که گریختگانرا تعاقب نمایند *et exercitus Turcmanorum fugientes persequi voluit,* H. Sel. 43 l. ult. عرب گوید *Arabes dicunt,* Gul. 166, 12. این گروه شکار بزرگان بدند *praeda magnatum fuit hic cohors,* Chr. Sch. 23, 295 cf. Gul. 18, 21 sq. وسایر خدمتگاران بلهو ولعب مشغولند *et ceteri ministri ludo et voluptati indulgent,* Gul. 42, 9

cf. 55, 1. ولشکر بسیار در ظل رایت او مجتمع گشتند *et multae copiae sub umbra vexilli illius convenerant*, H. Sel. 181, 11 coll. Gul. 23, 8—10; 58, 3. 4; 104, 4; Pend. 18, 11; Chr. Sch. 76, 78. قاتلانند جملهٔ نادان چو زهر *omnes insipientes interficiunt instar veneni*, Pend. 69, 7. چه سالهای فراوان وعمرهای دراز * که خلق بر سر ما بر زمین بخواهد رفت *quot annos et vitas longas homines in terrarum orbe super nos ingredientur!* i. e. super sepulcra nostra, Gul. 43, 13. 14 coll. Pend. 72, 4, ubi خلق cum plurali verbi construitur. وبرخی از بلاد از قبضهٔ تصرف او بدر رفت *et aliquot urbes imperii illius arbitrio defecerunt*, Gul. 69, 14 coll. برخی بسلطان پیوستند *pauci* (tantum) *cum Sultano se coniungebant*, H. Sel. 51, 2. وعدهای او همه باشد خلاف *omnia illius promissa opposita sunt* (moribus simulatoris), Pend. 102, 10 coll. 113, 8. این همه زینت زنان باشد *haec omnia sunt ornamenta feminarum*, Gul. 193, 9 coll. 87, 18. همه آدمی زاده بودند *omnes filii Adami erant*, Gul. 5, 12. که بر سفره همه دشمنان دوست نمایند *nam apud mensam omnes inimici amici videntur*, ib. 33, 6 coll. Chr. Sch. 30, 45. هر کس از گوشهٔ فرا رفتند *omnes ex angulo decedebant*, Gul. 146, 7. سلطان محمود چندین بندهٔ صاحب جمال دارد که هریکی بدیع جهان وممتاز زمانند *Sultan Mahmud tot pulcros servos habet, ut quivis naturae miraculum et saeculi delicium sit*, ib. 115, 1, quo in exemplo هریکی collective pro همه accipiendum est.

ANNOT. 1. Vocabulum هر *quisque* denotans et همه pro هر positum cum singulari construi solent.

ANNOT. 2. Quaedam nomina, quae simul sunt collectiva et generica, semper cum plurali construuntur, si ut collectiva adhibentur, ut discrimen inter utramque significationem appareat, e.g. مردم می گویند *homines dicunt*, sed مردم می گوید *homo dicit*, cf. FLEISCHER Gramm. d. leb. pers. Spr. p. 129.

495. Si variae personae sunt subiectum unius eiusdemque verbi, verbum ea pluralis persona ponitur, quae prior est personarum, ita ut prima secundae et secunda tertiae praecedat, e.g. باید که تو واهل مملکت تو بزودی بروید *oportet te et incolas regni tui celeriter ire*, LUMSD. l. l. t. II, p. 178. من وتو هم دو خواجه تاشانیم *ego et tu uterque conservi sumus*, GUL. 78 l. ult.

496. In allocutione Singularis est usitatissimus, quo etiam Deum alloquentes Persae utuntur. Saepe tamen in recentioribus praesertim libris Pluralis legitur, si principes et qui digniores habentur homines compellantur, quo in dicendi genere et nomen honoris حضرت *excellentia, dominatio* in usu est, e. g. یا امیر المومنین سبب چیست که شما در تلبّس بجامهء درشت اکتفا فرموده اید *o princeps fidelium, quare in vestiendo veste humili contentus es?* LUMSD. l. l. t. II, p. 361. ای خداوند بچه سبب اول چراغ‌را کشتید بعد ازان آن مرد‌را وچون روی آن مرد دیدید خدارا شکر کردید وطعام بیوقت خوردید *o princeps, quare primum lucernam extinguisti, dein hominem illum interfecisti et postquam vultum illius aspex-*

eras, deo gratias egisti et alieno tempore cibum edisti, Rosen Narr. pers. 183, 9 coll. narr. 13. 42. 49. 55. 59. آنچه حضرت شهنشاهی ظل الهی در بیان سفر وفوائد آن فرمودند *id quod maiestas regia,* (quae est) *umbra divina, de itinere eiusque fructibus dixit,* An. Soh. 21, 17. — Eadem ratione Khondemir de virtutibus patris sui Mirchondi exponens numero plurali loquitur, e. g. حضرت مخدوم امجد امیر خاوند محمد از سایر اولاد امیر خاوند شاه بلکه از اکثر علماء فضایل پناه بجودت طبع سلیم وسلامت ذهن مستقیم امتیاز تمام داشتند *dominus meus illustris Emir-Khavend Mohammed non solum ceteris liberis Emiri-Khavend-schah, sed etiam plurimis viris doctis optime meritis maxime excellebat et praeclarae indolis praestantia et ingenii perfecti probitate,* H. Ism. 183, 1. Conf. Gul. 72 l. ult. et 73, 1. 2, ubi rex monachum alloquens in eodem enuntiato primum numero singulari (تو), dein numero plurali (شما) loquitur.

497. In hodierna lingua Persae, Europaeorum alloquendi rationem imitantes, eos qui gradu vel dignitate excellunt 2. ps. pl. شما, amicos autem et inferioris ordinis homines 2. ps. sg. تو alloquuntur. Reges et principes semper 3. ps. pl. compellantur, addito simul nomine honoris حضرت vel جناب *maiestas, excellentia,* qua eadem persona ipsi quoque de se loquuntur. Vid. Lumsd. l. l. t. II, p. 361 sqq.; Fleischer Gramm. d. leb. pers. Spr. p. 122, §. 179.

ENUNTIATI PARTIUM ORDO.

498. Qui vulgaris est enuntiati partium ordo, Subiectum, Copula et Praedicatum, vel, si verbum cum obiecto suo praedicatum efficit, Subiectum, Verbum et Obiectum, aut ex natura et indole persici sermonis, aut ad vim sermonis magis augendam varie immutatur. Primum igitur exponendus est persici enuntiati proprius vocabulorum ordo, qui in sermone vulgari observatur, dein subiungantur eiusdem ordinis immutationes, quas ad vim sermonis augendam ipsa lingua permittit.

499. Quum persico sermoni proprium sit, verbum ultimo enuntiati loco ponere, partium enuntiati ordo hic esse solet: Subiectum, Praedicatum et Copula, e. g. مــن آن مــورم *ego illa formica sum*, Gul. 84, 14. اگر تو مردی *si tu vir es*, Rosen Narr. 50, 3. اين فتنه است *ille pestis publica est*, Gul. 27 l. ult. cf. 74, 15. زاهدی مهمان پادشاهی بود *monachus quidam hospes regis cuiusdam fuit*, ib. 56, 21.

Annot. Pro است s. هست in poetico sermone nonnunquam هی legitur, quae est particula a d m o n e n d i vel e x c i t a n d i persici sermonis et 3 ps. sg. verbi substantivi linguae Hindostanicae*), qua significatione in sequente versu Hafizi legitur,

---

*) هی بفتح اول وسکون ثانی بلغت دری ولغت هندی بمعنی هست باشد که در مقابل نیست است وکلمه ایست که بجهت آگاهانیدن وخبردار گردانیدن در مقام تهدید

quo cum particula هی rhythmum efficit, e. g. ساقی اگرت هوای ما هی * جز باده میار پیش ما هی *o pocillator, si propenso es in nos animo, nil nisi vinum, quaeso, nobis affer,* Lumsd. l. l. t. II, p. 307.

500. Si duo enuntiati nomina simul subiectum et praedicatum esse possunt, prius semper ut subiectum accipiendum est, e. g. رای بی قوت مکر وفسونست وقوت بی‌رای جهل وجنون *consilium sine potentia fraus et fallacia est et potentia sine consilio insipientia et delirium*, Gul. 181, 3, هر که در سایهٔ عنایت اوست گناهش طاعتست ودشمن دوست *quicunque sub umbra benevolentiae illius est, crimen illi obsequium est et hostis amicus*, ib. 11, 13. 14; توانگر فاسق کلوخ زر اندودست ودرویش صالح شاهد خاك آلود *dives improbus gleba inaurata est et pauper pius pulcer luto aspersus*, ib. 183, 22 cf. 184, 16—18; 185, 4. از خدمتت درویش توانگر شود *in tuo servitio pauper dives fit*, Lumsd. l. l. t. II, p. 152.

501 Si subiectum e contextu facile cognoscendum est, etiam post praedicatum positum legitur, quae tamen constructio nonnisi apud poetas deprehenditur, e. g. حوران بهشتیرا دوزخ بود اعراف *paradisi virginibus purgatorium erit infernus*, Gul. 25, 5. از کیمیای مهر تو زر گشت روی من *chimia amoris tui faciem meam in aurum convertit*, Lumsd. l. l. t. II, p. 152.

وتخویف وزجر واستهزا گویند وگاهی در مقام تحسین هم گفته اند Boorhani Qatiu s. v.

502. Praedicatum, una sententia perfecta constans, ope pronominis, ad subiectum referendi, cum ipso subiecto coniungitur, e. g. درویش هرکجا که شب آمد سرای اوست *pauper, ubi nox illum oppresserit, ibi aulam suam invenit*, Gul. 101, 18.

503. Si verbum cum obiecto suo praedicatum efficit, vulgaris enuntiati partium ordo hic est : subiectum, obiectum et verbum, e. g. من اورا ندانم *ego non novi hominem*, Gul. 89, 9. یکی توبه بسیار کردی *quidam saepissime resipiscebat*, ib. 86, 3.

504. Persica autem lingua in ordine verborum libertati quam maxime studens, quamcunque vocem quolibet enuntiati loco ponere permittit et ad vim sermonis magis augendam quodvis verbum, cui vis quaedam inest, toti sententiae praeponere. Talia exempla quum ubivis reperias, pauca tantum afferam et quidem :

a) De subiecto دزدی بخانهء پارسائی در آمد *fur quidam religiosi cuiusdam domum intravit*, Gul. 54, 12. عالم آن کس بود که بد نکند *sapiens est ille homo, qui malum non facit*, ib. 27 l. ult. دمید از بوستان دل نهالی *germinavit ex horto cordis surculus*, Jos. et Sul. 23, 33 cf. 34 et 69, 32.

b) De praedicato خوش بود یار موافق در جهان *bonum est in mundo amicus sincerus et benignus*, Pend. 76, 4 cf. Gul. 60, 11. ابلهست آن کو بگفتن راغبست *insipiens est ille, qui loquendi cupidus est*, Pend. 13, 9 cf. 110, 6. نشان بخت بیداریست آن خواب *signum fortunae*

vigilantis est hoc somnium, Jos. et Sul. 37, 12 inf. شعله ایست از آتش شیطانی غضب *flamma ignis Satanae est ira* An. Soh. 200, vers. 1. 2.

c) De obiecto صد دینارت بدهم *centum denarios tibi dabo*, Gul. 48, 20. پارسائیرا دیدم بر کنار دریا *religiosum quendam vidi ad litus maris*, ib. 60, 13. دشمن چو بینی ناتوان *hostem si vides impotentem*, ib. 170, 10. پیامت میرساند ایزد پاك *nuntium tibi affert Deus purus*, Jos. et Sul. 69, 15 inf. cf. Rosen, Narr. 49, 9. 10.

d) De verbo بگیر این هر دورا *arripias utrumque* (germanum) Gul. 48, 19. بر نیاید زکشتگان آواز *non ascendit ab occisis vox ulla*, ib. 3, 4. نیاموزد بهایم از تو گفتار *non discent animalia ex te sermonem*, ib. 176, 5. زنند جامهء ناپاك گازران بر سنگ *verberant vestem impuram lotores in lapide*, Gul. 32, 13.

Annot. 1. Verbum substantivum است, quum initio sententiae nunquam poni possit, nisi cum alia voce, ut نه, که, چه, او al. coniunctum, eius loco semper هست legitur, e. g. هست شیطان ای برادر دشمنت *Satanas, o mi frater, inimicus tuus est*, Pend. 33, 4 cf. 56, 4; 63, 11.

Attamen initio secundi hemistichii است legitur Pend. 15, 10 است بی حاصل چو نقش بوریا *inutilia sunt* (opera) *instar picturae in storea ex fissis arundinibus contexta.*

Annot. 2. In poetico sermone verbum auxiliare a verbo suo separare licet, e. g. کشته انگشت تحیّر نقل دندان من است *facti sunt digiti admirationis bellaria dentium meorum*, pro کشته است Lumsd. l. l. t. II, p. 306.

ENUNTIATI PARTIUM OMISSIO.

505. Quum Persae brevitati et concinnitati sermonis quam maxime studeant, enuntiati partium unam alteramve, e contextu totius sententiae facile supplendam, saepissime omittunt, quo maior appareat sermonis ornatus et elegantia. Imprimis hoc valet de subiecto et obiecto, quibus omissis haud raro ambiguitas quaedam sermonis oritur. En pauca tantum exempla, quum ubivis sint obvia : بامدادان ملك كنيزكرا جست ونيافت ماجرا گفتند خشم گرفت وبفرمود *postridie rex puellam quaesivit sed non invenit; quae acciderant* (regi) *narrarunt;* (rex) *ira accensus est et mandavit*, Gul. 51, 13. یکی از وزرای نیك محضر روی شفاعت بر زمین نهاد وگفت سیاهرا درین خطائی نیست . . . گفت اگر در مفاوضه او شبی تاخیر کردی چه شدی گفت *Vezirus quidam bonae indolis vultu humi posito intercessit inquiens : Aethiopi hac in re culpa non est. . .* (rex) *ait : si* (Aethiops) *per unam noctem societatem ipsius* (puellae) *protendisset, quid fuisset?* (Vezirus) *ait*, ib. 51, 15—18. ودر تاریخ گزیده گوید *et in Tarich Guzidah* (libri auctor) *ait*, H. Bui. 34, 15. ملکرا پند وزیر ناصح موافق طبع نیامد بند فرمود وبزندان فرستاد *regi veziri monentis consilium ingratum fuit*, (illum) *vinculis ligari iussit et in carcerem misit*, Gul. 24, 7. 8. جهد رزق ور کنی وگر نکنی * برساند خدای عز وجل *victui* (quaerendo) *operam sive dederis, sive non dederis, largitur* (illum) *Deus optimus maximus*, ib. 183, 12.

عالم آن کس بود که بد نکند * نه بگوید بخلق وخود نکند *vir sapiens ille est, qui malum non facit, non* (ille qui) *dicit hominibus* (facitote) *et ipse non facit*, Gul. 76, l. ult. ubi آن کس که praecedens ante بگوید supplendum est et post بخلق verbum کنید *facitote*, quod totius sententiae contextus postulat.

506. Copula enuntiati et in poetico et in pedestri sermone omitti solet e. g. آن مصلحت *res conveniens haec* scil. est H. Sel. 155, 9 cf. Gul. 99, 4. 12. 18. 100, 7. 16, ubi post اوّل بازرگانی — دوّم عالمی — سیوم خوبروئی — چهارم خوش آوازی — پنجم پیشهوری copula است supplenda est. تو معتقد که زیستن از بهر خوردن است *tu* (vero) *arbitraris, nos ideo vivere, ut comedamus* pro تو‌ئی معتقد ib. 86, 15. بد بخت کسی که سر بتابد * زین در که در دیگر نیابد *infelix* (est) *ille qui caput deflexerit ab hac porta, aliam enim portam non invenerit* ib. 83, 14. 15. هر خردمندان عالمرا لباس * خلق نیکو شرم نیکوتر شناس *omnibus sapientibus* (huius) *mundi vestimentum* (est) *indoles bona; pudorem meliorem cognoscas* Pend. 70, fin. او در کنار من *ille in sinu meo* scil. est Gul. 59, 20. مرا از آن چه که پروانه خویشتن بکشد *quid mihi ex hoc* (est) (i. e. quid mea refert), *si papilio se ipsum* (ambustum) *peremerit?* ib. 120, 16.

507. Porro deest copula:

a) Post comparativum e. g. کوتاه خردمند به از نادان بلند نه هرچه بقامت مهتر بقیمت بهتر (homo)

parvus, *ingenio praeditus*, *melior* (est) *inscio magno*; *non omne*, *quod statura grandius* (est), *pretio potius* (est) Gul. 16, 21. 22. * دیده بر تارك سنان دیدن خوشتر از روی دشمنان دیدن *oculum in hastae spiculo videre melius* (est), *quam vultum inimicorum intueri* ib. 127, 1. 2 cf. 136, 6. 144, 8.

b) In enuntiato optativo e. g. دور ازین خجسته سرای *procul* (sit) *ab hac beata aula* Gul. 64, 23 ubi باد *sit* supplendum est.

c) In enuntiatis sibi invicem oppositis e. g. ما بتو مشغول وتو با عمر وزید *nos te occupati* (sumus), *tu vero Amruo et Zeido* (occupatus es) Gul. 128, 18. دوران باخبر در حضور ونزدیکان بی‌بصر دور *remoti*, (Dei) *cognitionem habentes*, *praesto* (sunt) *et propinqui*, *scientiam* (de Deo) *non habentes*, *remoti* (sunt) ib. 59, 23. نه هر که در مجادله چست در معامله درست *non quivis*, *qui in controversiis* (est) *versatus*, *bonis quoque operibus* (est) *insignis* ib. 176, 23 ubi verbum است euphonice omissum videtur.

d) In enuntiatis coniunctione quadam vel sensu inter se coniunctis, quorum priori solum verbum subst. additur e. g. هر نفسی که فرو میرود ممدّ حیاتست وچون برآید مفرّح ذات *quivis spiritus*, *qui descendit*, *vitam extendit*, *quum ascendit*, *animam exhilarat*, است post ذات subintelligendo Gul. 1, 2. مال از بهر آسایش عمرست نه عمر از بهر گرد کردن مال *divitiae propter quietem vitae humanae sunt*, *non vero vita divitiis accumulandis* Gul. 166,

1. cf. 167, 15. گل بوستان‌را چنانکه دانی بقائی نباشد وعهد گلستان‌را وفائی نه *rosae horti, ut scis, duratio non est et tempori horti rosarum fides non* (habenda est) Gul. 9, 18 ubi sola negatio نه sine verbo repetita est. میان دو تن آتش افروختن * نه عقلست خود در میان سوختن *inter duos* (inimicitiarum) *ignem excitare, prudentia non est*, (hoc est) *se ipsum in medio exurere* ib. 169, 16. پرسید که موجب درجات آن چیست وسبب درکات این چه *rogavit, quaenam est causa gradus supremi illius* (in paradisum elevati) *et gradus infimi huius* (in infernum deiecti)? چه pro چیست posito Gul. 61, 12. 13 cf. 11, 18. تنی چند از روندگان متفق سیاحت بودند وشریك رنج وراحت *quidam peregrinatorum in peregrinando consentientes erant et in tristitia et gaudio socii* (erant) ib. 55, 1. 2.

508. Verbum enuntiati omittitur, si e contextu totius sententiae facile suppleri potest. Talia imprimis sunt:

a) Verba *dicendi* et *respondendi* e. g. درو دید چون اژدها در گوزن * به خشمی که دور افتد از سنگ وزن * که در من چه نرم آهنی دیده‌ * که پولاد اورا پسندیده‌ *intuitus est illum, ut serpens praedam, aspectu tam irato, quo saxi pondus amoveatur,* (dicens): *in me quam mollitiem vidisti, ut chalybem illius gratum acceperis;* animadvertente Scholiasta, coniunctione که indicari, verbum گفت ante illam esse omissum. En schol. integrum: یعنی دارا بآن خشم رای زن‌را دید که اگر بر سنگ نظر می کرد گرانیء که در سنگ است میرفت وخفیف الوزن

می شد درین چنین مواضع لفظ گفت محذوف باشد وکاف بیانیه‌را بآن مقام گذارند Isk. N. p. 260. از دوزخیان پرس که اعراف بهشتست *infernales rogas*, (respondebunt) *purgatorium paradisus est*, ubi eadem constructio observatur Gul. 25, 6. Alia exempla vid. infra, ubi de coniunctione که sermo est.

b) Verbum, quod duo vel plura enuntiata inter se coniuncta communiter possident, priori tantum enuntiato adiectum, in sequentibus autem subintelligendum e. g. عابدان جزای طاعت خواهند وبازرگانان بهای بضاعت *servi obsequii mercedem requirunt et mercatores mercium pretium* scil. خواهند *requirunt* Gul. 53, 14. نعره چنان زد که دیگران بموافقت او در خروش آمدند وخامان مجلس در جوش *talem clamorem edidit, ut ceteri simul cum illo strepitum facerent, et* (ipsi) *infimi* (ad lit. crudi) *coetus agitarentur* Gul. 59, 23 ubi آمدند post جوش repetendum est. هر شب صنمی در بر گیرند وهر روز جوانی از سر *quavis nocte amatam amplectuntur et quovis die iuventutem denuo auspicantur* Gul. 160, 16 omisso nimirum گیرند post سر, quum از سر گرفتن significet, *denuo incipere*, *redintegrare* ut Gul. 127, 15. Eodem modo verbum خورند in enuntiatis, quae Gul. 178, 15 cum praecedente enuntiato : حکیمان دیر دیر خورند coniunctione و *et* connexa sunt, repetendum est.

c) Verba, quae cum infinitivo construuntur e. g. عابد طعامهای لذیذ خوردن گرفت وکسوتهای لطیف پوشیدن واز فواکه ومشمومات حلاوت وتمتع یافتن ودر

جمال غلام وكنيزك نظر كردن *religiosus cibis suavibus vesci coepit et splendidis vestibus indui et fructuum et odoramentorum deliciis et illecebris capi et pueri puellaeque pulchritudinem intueri* scil. گرفت *coepit*, quod praecedit et sequentes infinitivos پوشيدن , يافتن et كردن regit, GUL. 73, 24. 25, et 74, 1. Idem verbum گرفت *coepit* ex praecedentibus repetendum est GUL. 103, 22 post بر بمجرد اين خيال باطل نشايد روى از تربيت آوردن *eruere.* ناصحان بسر تسافتن وراه بطالت گرفتن وعلمارا بضلالت منسوب كردن ودر طلب عالم معصوم ازفوايد علم محروم ماندن *propter solam hanc vanam opinionem non decet ab instructione admonitorum se avertere et viam desidiae ingredi et sapientes in errore versantes putare et in quaerendo sapiente innocenti sapientiae fructibus destitui*, GUL. 77, 4—6 ubi infinitivi pendent a نشايد, quod in priore tantum enuntiato legitur. اوّل در تهذيب اخلاق خود بايد كوشيد آنگاه ديگرانرا باعث شد *primum tuis moribus corrigendis incumbas necesse est, deinde aliis auctor sis* (scil. ut eorum quoque mores corrigantur) Abulfadl apud LUMSD. l. l. t. II, p. 318 ubi infinitivus شد a praecedente بايد regitur.

d) Verba cum arabicis nominibus actionis vel aliis vocibus composita, ut كردن , فرمودن al. d. q. vid. §. 257 e. g. عاصيان از گناه توبه كنند * عارفان از عبادت استغفار *improbi a criminibus resipiscunt*, (Deum) *noscentes* (imperfecti) *cultus veniam implorant*, GUL. 53, 12. 13 ubi كنند ad توبه et استغفار pertinet. وبرخى از عمر

خرج برو گرانمایه *aliquamque vitae pretiosae partem in illo* (libro) *consumsimus*, ubi کردیم praecedens post خرج repetendum est. فلان عزم کرده است ونیّت جزم *quidam consilium cepit et certo constituit*, pro جزم کرده است Gul. 8, 4 cf. 170 l. ult., ubi کن praecedens post نرمی repetendum est.

e) Eodem pertinet verbum auxiliare temporibus praeteritis formandis inserviens, quod in enuntiatis inter se connexis aut prorsus abesse potest, aut priori tantum enuntiato additur e. g. گفتی که خرده مینا بر خاکش ریخته وعقد ثریّا از تاکش در آویخته *diceres, vitri fragmenta in illius solio esse sparsa et monile Plejadum ex illius pampinis esse suspensum*, Gul. 9, 8. 9. نیفتاده در دست دشن اسیر * بگردش نباریده باران تیر *in hostium manus captivus non inciderat, neque circa ipsum sagittarum imber ruerat*, ib. 155, 17. 18. بخون عزیزان فرو برده چنگ * سر انگشتها کرده عناب رنگ *in sanguinem amantium demiserunt ungues digitosque extremos rubro colore asperserunt*, ib. 160, 18. 19, in quibus exemplis verbum auxiliare post participia plane omissum est. In sequentibus exemplis verbum auxiliare priori tantum enuntiato adiectum est: خمر خورده است وعربده کرده ویکی را کشته *vinum hausit, rixas movit et quendam interfecit*, Gul. 91, 9. cf. 69, 20. 21. چنانکه عنان طاقت خلق از دست رفته بود ودرهای آسمان بر زمین بسته وفریاد اهل زمین بآسمان پیوسته (annus tam siccus) *ut habenis patientiae ex mortalium manibus elapsis et portis coeli super ter-*

ram obstructis clamores incolarum terrae ad coelum usque ferrentur, Gul. 89, 17—19, ubi بود praecedens ad sequentia quoque participia بسته et پیوسته pertinet, cf. ib. 3, 6, ubi بود praecedens post شده et 65, 9, ubi post گفته et نیامده supplendum est.

ENUNTIATA NEGATIVA.

509. In enuntiato negativo particula negativa ante verbum poni solet (§. 232—238) e. g. این مژده مرا نیست بلکه دشمنانم‌راست *hic nuntius* (laetus) *non mihi est, sed inimicis meis est*, Gul. 25, l. ult. آن نه من باشم *ille ego non sum*, ib. 17, 15.

510. Praeponitur quoque enuntiato particula negativa, si vis sermonis in illa posita est e. g. نه هر که بصورت نیکوست سیرت زیبا در اوست *non omnis, qui forma est praeclarus, virtutibus etiam perfectus est*, Gul. 177, 7. نه هر بازو که در وی قوتی هست * بمردی عاجزان‌را بشکند دست *non quivis lacertus, in quo robur est, fortitudine infirmis manum frangit*, ib. 191, 8.

511. Si particula negativa ad plura nomina vel verba, coniunctione copulativa inter se coniuncta, pertinet, ante quodvis nomen vel verbum repetenda est, e. g. نه

نه روم نه افرنجه ماند نه مصر *neque Aegyptus, neque Francia manebit, neque Graecia*, LUMSDEN l. l. t. II, p. 412. همه ایرج زادهء پهلوی * نه افراسیابی ونه پیغوی *omnes ab Jredsch Pehlewico prognati, non ab Afrasiab neque a Peigu*, FRAG. 27, 1. در ابتدا نمیدانستم ومعلوم من نبود *initio non scivi et non cognitum habui* H. SEL. 122, 10. او نخورد ونخابید *ille non edebat et non dormiebat.* که سخن جز بحکم ضرورت نگفتی وموجب آزار کس بر زبانش نرفتی *qui verbum nisi re flagitante non dicebat et vocem, qua homines offenderet, non proferebat*, GUL. 147, 19 cf. 85, 13. 44.

512. Raro in duobus nominibus particula negativa non repetitur e. g. چون حسن عاقبت نه برندی وزایدی است *nam futura beatitudo neque indignitate neque beneficientia* (acquirenda) *est*, LUMSD. l. l. t. II, p. 412.

513. Si unum idemque est verbum enuntiati negativi compositi, saepe sola particula neg. sine verbo, ad quod pertinet, repetitur e. g. نه چندان بخور کز دهانت بر آید * نه چندان که از ضعف جانت برآید *ne tantum comedas, ut ex ore tibi exeat* (cibus), *ne tantum* (comedas), *ut imbecillitate anima tua discedat*, GUL. 87, 9, 10. قرار بر کف آزادگان نگیرد مال * نه صبر در دل عاشق نه آب در غربال *stabilem locum non habet in manu religiosorum pecunia, neque patientia in animo amantis, neque aqua in cribro*, ib. 28, 14. 15. نه بر اشتری سوارم نه چو اشتر زیر بارم * نه خداوند رعیت نه غلام شهریارم *non sum eques in camelo, neque muli instar sub*

onere sum, non dominus subditi, non servus regis sum, ib. 61, 22. 23 cf. 45, 1. 2. et §. 507, d.

514. Voces quae significant nemo, nullus, nunquam, nihil, persica lingua ope particulae neg. exprimere solet adhibitis, quae contrariam exhibent significationem vocibus, ut کس s. هیچکس *aliquis, ullus,* هیچ s. ایچ *ullus, unquam,* هرگز *unquam,* چیز *res, aliquid,* e. g. کس نیاموخت علم تیر از من *nemo sagittandi peritiam a me didicit,* Gul. 44, 15. کس ندیدم *neminem vidi,* ib. 32, 6 cf. 31, 23. نکردست صید حرم هیچکس *nemo venatus est sacrum,* Chr. Sch. 96, 160. مکن نماز بر آن هیچ کس که هیچ نکرد *vota ne facito pro aliquo, qui nihil fecit,* Gul. 166, 4. گر دلت پاکست نبود هیچ باك *si cor tuum mundum est, nullus* (tibi) *erit timor* Pend. 22, 6 cf. 94, 7. نبود ایچ فرزند مر سام‌را *nullus Samo filius erat,* Chr. Sch. 34, 101. سپاس ایچ بر سرت ننهادمی *ne ullas quidem gratias a te exigerem,* ib. 40, 178. هیچ از فرمان حق گردن متاب *ab imperio Dei collum nunquam averte,* Pend. 92, 3 inf. نکرد ایچ رستم برفتن شتاب *Rustem iter facere minime maturavit,* Schahn. I, 536, 602, ubi ایچ a nomine suo شتاب interpositis aliis vocibus separatum est. بدین داد هرگز مباد آفرین *tali iustitiae nunquam sint laudes,* ib. I, 144, 356. بد ونیك هرگز نماند نهان *malum et bonum nunquam occultum manet,* Chr. Sch. 44, 226. بدتر از قطع رحم چیزی مدان *peius nihil scias, quam rumpere* (vincula) *consanguinitatis,* Pend. 122, 2. هیچ چیزی

از جهان با خود نبرد *nihil ex hoc mundo secum aufert*, ib. 85, 9. — Haud raro ipsum چیز *res, aliquid* vel هیچ s. هیچکس *ullus, aliquis* ante particulam neg. supplendum est, quod in enuntiatis, quae particula exceptionis restringuntur, usitatum est dicendi genus e. g. نادان را به از خاموشی نیست *insipienti silentio nihil est consultius*, Gul. 175, 18. چون بنده خدای خویش خواند * باید که بجز خدا نداند *si servus Deum suum invocat, oportet, ut praeter Deum noverit* (neminem) ib. 62, 20. ور هنری داری وهفتاد عیب * دوست نبیند بجز آن یك هنر *si vero unam habueris virtutem et vitia septuaginta, amicus non videt nisi unam illam virtutem*, ib. 119, 13. Alia exempla vid. §. 383.

515. Particulam prohibitivam مه semper imperativo vel imperativi formae optativae praeponi iam supra §. 232 dictum est. Saepe autem pro مه particula neg. نه sequente aoristo ponitur, qui a تا *ut*, initio sententiae collocato, pendet. Qua in constructione ellipsis verbi cuiusdam ut *cave* locum habere videtur, aut, si verbum optative accipiendum est, coniunctio تا ad vim sermonis augendam addita est e. g. گر غنی زر بدامن افشاند * تا نظر در ثواب او نکنی *si dives aurum in sinum* (pauperis) *spargit* (cave), *ne respicias mercedem illius*, i. e. cave, ne credas illius mercedem optimam futuram, Gul. 70, 5 cf. 17 l. ult. 179, 17. * سلسلهای فلکست آن دو زلف تا نکنی قصد سرش هان وهان *catenae coeli sunt hi duo cincinni*, (cave) *ne petas caput illorum* (cincinnorum) i. e.

noli illos incidere, Wilk. Chr. 213, 8. 9, ubi ipsum *cave*, voc. هان, هان expressum, extremo versu additum est این همه تا خرد ننماید ترا *utinam hae omnes* (res) *tibi viles ne appareant*, Pend. 51, 9.

ENUNTIATA INTERROGATIVA.

516. Interrogationem Persae aut pronominibus vel particulis interrogativis, aut ipsis orationis contextis et verborum collocatione indicare possunt. Primum igitur de pronominum vel particularum constructione dicendum est, quae interrogationi inserviunt et alphabetico ordine hic sequuntur:

517. آیا *num*, semper initio totius enuntiati interrogativi ponitur e. g. آیا تو ندانستهٔ *ignorastine?* An. Soh. 113 vs., 2. — Distinguendum est a particula vocativa ایا sine medda scripta, quae pro usitata vocativi nota ای (§. 137) saepe in libro Schahnameh legitur, ut I, 144, 356. 338, 1535. 370, 1912 al.

518. چند *quantum, quot*, in interrogatione personis vel rebus numeratis semper praecedit, absolute autem positum de tempore intelligendum est e. g. چند فرسنگست این راه *quot parasangas* (longa) *est haec via*, Pend. 169, 2. چند سال عمر من باقی است *quot anni vitae meae supersunt*, Ros. Narr. 60. چو ماکیان بدر خانه

چند بیذی جور *instar gallinae extra domum quot vides iniurias?* SPIEG. CHR. 126, 11. چند گوئی *quotiesne dixeris?* GUL. 66, 15 cf. 90, 6. SPIEG. CHR. 6, 11. پای مسکین پیاده چند رود *miseri peditis pes quantum* (usque quo) *ambulaverit?* GUL. 60, 6.

519. چگونه pro چه گونه, s. چو s. چون sunt synonyma, quae significant *qua ratione, quomodo*, et ante verbum plerumque poni solent, re, de qua interrogatur, ad vim sermonis augendam saepe praemissa e. g. علوی چگونه باشد *quomodo Alida sit*, GUL. 47, 6. چگونه میبینی عمل خویش‌را *quomodo vides* (tibi placet) *munus tuum?* SPIEG. CHR. 6, 17. بز ومیش‌را چو شمردی همی *quomodo capras et oves numerabas?* SCHAHN. II, 426, 2725. ای سر گردان مملکت امروز چون بودی وچون گذرانیدی o (sol) *orbem regni* (coelestis) *circumiens, quomodo te habebas hodie et quomodo tempus transegisti?* SPIEG. CHR. 2, 1. شمشیر نیك از آهن بد چون کند کسی *quomodo bonum gladium ex pravo ferro quis faciat?* GUL. 21, 19. Nonnunquam sequitur که e. g. بدیدار من چون کت آمد نیاز *quomodo me videndi tibi necessitas venit?* SCHAHN. II, 422, 2674.

520. چه pron. interrog. indeclinabile ad res inanimatas et animatas aeque referri potest, ita ut significet *quis, quae, quid* e. g. پرسید تو چه کسی واین جفت مرغ چیست *interrogabat* (eum) *: quisnam tu es et quid est illud par avium*, WILK. CHR. 151, 10. چه حاجت که باوی کنی دشمنی *quae nesessitas* (est), *ut cum illo*

inimicitias ineas? Gul. 184, 14. چه میگوید *quid dicit?* ib. 15, 9.

521. Pron. چه etiam significatione چه گونه *quomodo* in poetico imprimis sermone saepe legitur e. g. چه آگاه داری زروز وشبان *quomodo dierum et noctium notitiam habes?* Schahn. II, 426, 2724. چه دانند مردم که در جامه کیست *quomodo homines sciant, quis lateat in habitu*, Gul. 55, 10 coll. ib. 23, 18. 97, 11 ubi گونه post چه additum est.

522. Pronominis چه casus obliquus چرا valet *quare, cur, quomodo,* qua significatione apud poetas nonnunquam ipsum چه et از چه reperitur e. g. بدرویش گفت آن توانگر چرا * بپیشم پس از دیرها نامدی * بگفتا چرا نامدی پیش من * بسی خوشترست از چرا آمدی *pauperi dixit ille dives : quare post tam longum tempus ad me non venisti? respondit: „quare non venisti“ multo iucundius mihi est, quam illud „quare venisti.“* Spieg. Chr. 7, 13—16. که شاها چه زایران تو بگذاشتی * سپهدار را باب پنداشتی *o rex, quare Iran reliquisti?* (quare) *regem* (tuum) *patrem* (meum) *agnovisti?* Schahn. II, 404, 2478. بدام دل چه فرومانده چو بوتیماز *cor in laqueo habens cur infra mansisti instar columbae?* Spieg. Chr. 126, 14. ایکه با مدّعیان کار تو لطف وکرم است * در حق اهل محبّت چه جفا وستم است *o tu, qui erga inimicos benigne et generose agis, quare amicos vexas et iniuria afficis?* Lumsd. l. l. t. II, p. 113. که

جام نبيذ از چه داری نگاه *poculum vini quare retines?* Chr. Sch. 8, 94 coll. ib. 96, ubi چه *quare* legitur.

523. Pron. چه vel چرا ante verbum suum poni solet, ita ut res de qua interrogatur, ad vim sermonis augendam praecedat. Attamen چرا initio quoque enuntiati saepe legitur. Exemplis iam allatis adde گفتم حال چيست *dixi: quis est iste status?* Gul. 34, 3. موجب گرد آمدن سپاه ورعيت چيست *quaenam causa est militum et subditorum* (ad regem) *concursus?* ib. 23, 24 cf. 58, 10. 87, 15. ازين قدر چه خلل زايد *ex re adeo parvi momenti quid damni surgere potest?* ib. 37, 4. درين حالت چه جای خنده است *hoc in statu quaenam tibi est causa ridendi?* ib. 39, 8 cf. 58, 12. تو با گوسفندان چه کردی همی *quid facis cum ovibus* (tuis) Schahn. II, 426, 2725. واين سنگ بر سر من چرا زدی *quare hunc lapidem in caput meum iecisti?* Gul. 38, 14. چرا خدمت سلطان نميکنی *quare servitium regis non facis?* ib. 49, 8. چرا درين بحث با ما سخن نگوئی *quare hac in controversia nobiscum non disputas?* ib. 50, 1.

524. Pronomini چه ad vim interrogativam magis augendam saepe particula تا praeponitur e. g. تا چه خواهی کرد اين مردارا *quidnam hoc cadavere facias?* Pend. 44, l. atp. تا بتملق دشمنان چه رسد *quidnam de blanditiis inimicorum censendum est?* Gul. 169, 2 cf. 57, 9.

525. کجا *quo loco, ubi, quomodo* (§. 186) haud raro cum praepositionibus coniunctum legitur et ut pron. چه in fine enuntiati interrogativi ante verbum poni solet,

omisso autem verbo substantivo primum enuntiati locum obtinet e. g. چندین مدت کجا بودی *per tam longum tempus ubinam versatus es?* Gul. 38, 15. کجا آن همه عهد وسوگند شاه *ubinam* (sunt) *omnia haec promissa et iuramenta regis?* Schahn. II, 404, 2480 cf. 2481 et 2482. 338, 1701 et 1702. * اگر چشمه با سایه بودی صواب کجا سایه با چشمهٔ آفتاب *si re vera fons* (vitae) *cum umbra esset, quomodo umbra cum fonte solis* (esse posset)? Spieg. Chr. 89, 16. تو خفته در کجا وبخواب خوش اندری *ubinam versaris sopitus et dulci somno indulgens?* Pend. 265, 6. ای نادان پس اینرا که می گوئی از کجا می گوئی *o insipiens, undenam dicis id quod dicis?* Spieg. Chr. 15, 6 cf. 24, 19. Gul. 105, 16.

526. Voci کجا particula تا additur ad exprimendam exspectationem cum interrogatione coniunctam e. g. تا کجا مرا پریشان داری *quousque me afflictum tenes?* Lumsd. l. l. t. II, p. 120. ببین تا کجا یابم این رفتگان *vide, quo assequar hosce fugientes*, Schahn. II, 526, 1103 cf. Gul. 177, 10.

527. کدام rarius کدامی s. کدامین personis et rebus commune, significans *quis, quae, quid; qualis, quale* de duobus et pluribus aeque adhibetur et voci, ad quam pertinet, praeponi solet; per se autem positum, ut alia pronomina interrog., in fine enuntiati cum verbo suo coniungitur e. g. کدام سفر است *quale* (hoc) *iter est?* Gul. 94, 22. حکیمیرا پرسیدند از سخاوت وشجاعت کدام بهتر است *sapientem quendam rogarunt: utra* (virtutum)

praestat, liberalitas an fortitudo? ib. 83, 16. پرسید که از جملهٔ عبادتها کدام فاضلتر است *rogavit : inter omnia cultus divini officia quodnam est praestantissimum?* ib. 27, 21. کدامین خامه‌زن نقش تو پرداخت * کدامین باغبان سرو تو افراخت *quis pictor imaginem tuam absolvit? quis hortulanus cyparissum tuam erexit?* Jos. et Sul. 81, 1. 2 cf. ib. 76, 27. 28. کدام است مردی پژوهندهٔ راز *quis est ille vir arcanorum investigator?* Frag. 31, 19. که چون سرو کشمر بگیتی کدام *instar cyparissi* (pagi) *Kischmer quae est* (cyparissus) *in mundo?* ib. 20, 11. کدام باد بهاری وزید در آفاق * که باز در عقبش نکبت خزانی نیست *qualis ventus veris flavit in mundo, post quem non secuta sit adversitas autumni?* Pend. 162, fin. آن کدام است *quaenam illae* (tres res) *sunt?* Spieg. Chr. 5, 6 cf. ib. 10, 10. 11, 8.

528. کو pron. inusitatum apud poetas tantum synonymi کجا *ubi* vices fungi videtur, et pronominibus interrog. compositis کجا et کدام formandis inservit (§§. 186 et 187). En versum poetae Chakâni, in quo i. q. کجا significat گیرم که مارچوبه کند تن چو شکل مار * کو زهر بهر دشمن وکو مهرهٔ بهر دوست *sumo asparagum serpentis formam induere, ubi* (autem) *est venenum contra inimicos et lapis pretiosus pro amicis?* vid. Lumsd. l. l. t. II, p. 121.

529. که *quis, quae*, ad personas tantum refertur et per casus flecti et cum praepositionibus construi solet, e. g. که می خرد شتری بیک درم وگربهٔ بصد درم *quis*

emit camelum uno dirhemo et felem centum dirhemis? Spieg. Chr. 17, 12. از دست وزبان که بر آید * کز عهده شکرش بدر آید *ex cuius manu et lingua provenit, ut officiis gratiarum actionis satisfaciat?* i. e. cuius manus et lingua officiis gratiarum actionis satisfacere possunt? کرا دادی *cui dedisti?* کرا زدی *quem verberasti?* حکمت از که آموختی *a quo sapientiam didicisti?* Gul. 13, 13.

530. Pronomen که persona de qua interrogatur nunquam sequitur, ita ut e. g. dici possit تو خود چه آدمئی *tu ipse quis homo es?* non vero تو خود که آدمئی Gul. 68, 17.

531. Pron. که verbo, ad quod pertinet, adiungi solet nomine, de quo interrogatur, ad vim sermonis augendam, plerumque praeposito e. g. تو کیستی *quis tu es?* Gul. 38, 14 cf. Spieg. Chr. 12, 15. ای اعرابی بهترین مردمان کیست *o Arabs, quis optimus est hominum?* Spieg. Chr. 10, 2. درین مسجد کیست *quis est in hoc templo?* H. Sel. 135, 5. اعرابی سر بالا کرد خشمناك گفت کیست که ازین بیابان با جامهای درخشان بر آمد *Arabs capite sublato iratus dixit: quis est (ille), qui ex hoc deserto vestitu splendido prodiit?* ubi آن *ille* ante کیست subaudiendum est, Spieg. Chr. 9, 20.

532. Pronomina interrog. که et کدام sunt synonyma eamque ob causam saepe inter se permutantur e. g. گر این خاك رو از کنه تافتی * بآمرزش تو که ره یافتی

si hic pulvis vultum a delicto avertisset, quis viam ad condonationem tuam invenisset? ubi Comm. ad Iskander Nameh animadvertit ولفظ كه بمعنى كدام Spieg. Chr. 70, 1.

533. In simplici interrogatione indirecta particula كه alii pronomini interrogativo annectendi tantum causa praemitti solet, ita ut in alium sermonem verti non possit e. g. چه دانند مردم كه در جامه كيست نويسنده داند كه در نامه چيست *quomodo sciant homines, quis lateat in habitu; scriba novit quid contineatur in literis*, Gul. 55, 10. تو سخن را نگر كه حالش چيست *tu sermonem respice cuiusmodi sit*, Ali's Spr. 11, 7 cf. 61, 5. Chr. Sch. 54, 355. قياس كن كه چه حالش بود *considera quis sit status illius*, Gul. 139, 4 cf. 187, 19. 20.

534. Nonnunquam, ut in pronomine interrog. چه (§. 524), particula تا praeposita vis pronominis interrog. كه augetur e. g. نگر تا كه باشد بت آراى سند *vide quis sit idola ornans* (minister regis) *Sindiae*, Chr. Sch. 73, 38. نگر تا چنين كامرانى كه داشت *vide, quis tam felix fuerit*, Frag. 20, 8.

535. كى *quando, quomodo*, et initio enuntiati, et ante verbum, ad quod pertinet, locum habere potest, re, de qua interrogatur, plerumque praeposita e. g. كسى كه شد از خانه خود بدر * چه داند كه كى باز آيد دگر *ille qui domo sua exiit, quomodo sciat quando alius reversurus sit*, Chr. Sch. 106, 327. كى از بنده خيرى بغيرى رسد *quomodo servus* (Dei) *in alium beneficium*

conferre posset PEND. 272 med. کس از سر دل کی خبر داشتی *quomodo aliquis arcani cordis notitiam habere posset?* ib. 273, 6. خبر کی رشیدی بسلطان هوش *quomodo nuntius ad regem sapientem pervenire posset?* ib. I. 8. ترا نام کی بودی آمرزگار *quomodo tibi nomen ignoscentis esse posset?* SPIEG. CHR. 70, 4.

536. Particula interrog. کی *quando* significans Lumsdenio animadvertente etiam cum praepositionibus construi potest, ut e. g. dicatur از کی خواهی رفت et تا بکی خواهی رفت *quando ibis?* LUMSD. l. l. t. II, p. 119.

537. هیچ particula interrogando mere inserviens initio enuntiati poni solet, sed alium quoque enuntiati locum obtinere potest e. g. هیچ شنیدی *audivistine*, GUL. 49, 19 cf. SPIEG. CHR. 11, 1. هیچت از بنده یاد می آید *numquid tu* (etiam) *servi* (tui) *memineris?* GUL. 54, 11. * این همه هیچست چون می بگذرد بخت وتخت وامر ونهی وگیر وداز *haec omnia num vere existunt, quum praetereant? fortuna nimirum et thronus et imperium et occupatio*, ib. 52, 16. در آن کتب هیچ مسطور شده که در یك مملکت دو پادشاه حکومت کرده اند *num in illis libris scriptum est, in uno regno duos reges regnasse?* II. BUL. 44, 7.

538. In altera interrogandi ratione neque pronomen neque particula interrogando inserviens adhibetur, sed ipsi sermonis contexti et verborum collocatio interrogationem indicant, ita ut modo verbum, modo alia orationis pars, in qua sermonis vis posita est, primum enun-

tiati interrogativi locum obtinere possit e. g. دانی که چه گفت زال با رستم گرد *nostine, quid dixerit Salus Rustemo athletae?* Gul. 21, 3 cf. 68, 16. نشنیده *nonne audivisti?* ib. 87, 6. شاید که اسپم بی جو بود *fas numquid est, ut equus meus sine hordeo sit?* ib. 30, 1. آن شنیدی که صوفی میکوفت زیر نعلین خویش میخی چند *hocne audivisti, quendam religiosum aliquot clavos calceis suis infigisse?* ib. 110, 5. راست خواهی *visne veritatem?* ib. 23, 5. فلانرا دیر شد که ندیدی *istum virum ex longo non vidisti tempore?* ib. 70, 12. با آن که بضاعتی ندارم * سرمایهٔ طاعتی ندارم *quamvis etiam merces non habeam, nonne obsequii opes habeo?* ib. 83, 4.

539. In interrogatione directa composita altera enuntiati interrogativi pars incipit particula یا s. ویا e. g. ماری تو که هرکرا بینی بزنی * یا بوم که هر کجا نشینی بکنی *esne serpens, quemcunque enim videris pungis, aut noctua, ubicunque enim consederis fodis?* Gul. 42, 22. بدو گفت ایدر بکین آمدیم * ویا لب پر از آفرین آمدیم *dixit illi: num ulciscendi causa huc venimus, an venimus ore laudis pleno?* Schahn. II, 470, 447 cf. ib. 76, 57.

540. Si indirecta est interrogatio, prima enuntiati interrogativi pars incipit particula که, altera autem particula یا s. ویا e. g. * چو سگ درنده گوشت یافت نپرسد کین شتر صالحست یا خر دجّال *si canis rapax carnem invenit, non rogat, utrum Salehi camelus sit, an antichristi asinus,* Gul. 161, 6. در گوینده سخن منگر که شریفست

یا جاهل یا وضیع عالمست *minime cura, utrum is qui loquitur nobilis sit, an ignobilis, (utrum) doctus sit, an insipiens* ALI'S SPR. 11, 3 cf. 9, 2. از مملکتی که محقق نیست که در تصرف ما قرار خواهد گرفت یا نی چنین بی استعداد بیرون آمدن از صلاح ملکی مستبعد مینماید *ex provincia, quae utrum in nostra potestate sit mansura an secus, adhuc incertum est, tali modo nullo apparatu facto discedere, ab imperii commodo alienum esse videtur*, ubi Wilken false legit بانی et مستعبد pro یا نی et مستبعد H. SAM. 16, 6. * خردتان برین هست همداستان * که زندست آن خرد کودك هنوز * ویا شد زسرما ومهر تموز *numquid mens vestra arcani est conscia, utrum ille puerulus adhuc vivat, an frigore vel sole mensis Tamus exstinctus sit*, CHR. SCH. 46, 242—244.

ENUNTIATA RELATIVA.

541. Enuntiato relativo exprimendo inserviunt pronomina relativa كه et چه d. q. v. supra §§. 185. 186.

542. Relativum كه non solum ad nomina animata, sed etiam ad inanimata referri potest, praecedente autem pronomine هر *omnis* de animalis intelligendum est e. g. هر كه شاه آن كند كه او گوید *quicunque rex id facit*

quod dicit, GUL. 15, 17. گر آنها که من گفتمی کردمی *si illa, quae dico, praestarem*, ib. 66, 23.

543. Relativum چه ad res inanimatas referri solet e. g. تا بدانستم آنچه خصلت اوست *ex quo cognovi, quae est illius natura*, GUL. 104, l. ult. هر چه دارد جمله غارت می شود *quodcunque possidet, omne* (hoc) *praedae erit*, PEND. 13, 13 cf. GUL. 60, l. ult. 175, 1. — Raro de animatis quoque dictum legitur e. g. هر چه درویشانند مر ایشانرا وامی بده * وهر چه توانگرانند ازیشان چیزی بخواه *quicunque pauperes sunt, his mutuum da; quicunque autem divites sunt, ab his aliquid pete*, GUL. 76, 14 cf. LUMSDEN l. l. t. II, p. 94.

544. Quanquam relativum numeri mutationi non est obnoxium, in poetico tamen sermone pluralis کیان in usu est e. g. تو دانی مو بمو کایشان کیانند *tu scis accuratissime quinam illi sint*, JOS. et ZUL. 69, 8 inf.

545. Quae relativo antecedere solent pronomina این *hic*, آن *ille*, هر *omnis* sim. ante چه fere semper posita leguntur, saepe autem subaudienda sunt ante که e. g. هرچه زود برآید دیر نپاید *quodcunque cito provenit diu non permanet*, GUL. 175, 1 cf. 20, 15. 60, l. ult. 104, l. ult. چه باشد میسّر بزودی فرست *quod in promtu est, cito mitte* pro هر چه *quodcunque* LUMSDEN l. l. t. II. p. 95. نه عارفست که از راه سنگ بر خیزد (ille) *non est vere religiosus qui de via saxo ruente cesserit* pro آن که GUL. 82, 5 coll. ib. l. 2. چه کنم با که توان

کفت *quid* (illi) *faciam, de quo dici potest* pro با آن ib. 59, 19.

546. Relativo nude posito, praeter nominativum, dativum et accusativum etiam casus ablativus, instrumentalis et locativus exprimi possunt, quos persica lingua ope praepositionum significare supra (§. 334 sqq.) iam dictum est e. g. آن که زاهدست نمیستاند *ille qui religiosus est, non accipit* (aurum) Gul. 75, 12 cf. 33, 9. هر که خلق او خلق او خشنود نیست *quicunque hominibus propter indolem suam ingratus est*, pro هر کرا s. هر که اورا Pend. 40, 1. پدید آمد آنگاه کوهی بلند * بکه رفت آهو زبیم گزند *apparuit ibi altus collis, ad quem ibat dorcas metu damni*, Chr. Sch. 95, 135. هر عیب که سلطان بپسندد هنرست *omne vitium, quod sultano placet, virtus est*, ib. 4, 11. بزبانی که داشت *lingua, quam callebat*, ib. 15, 2 cf. 102, 12. 133, 21. آنچه فرمودی *id quod iussisti*, ib. 29, 8. واین سنگ همان سنگست که در فلان تاریخ بر سر من زدی *hic lapis idem lapis est, quo tali tempore caput meum verberasti*, ib. 38, 14. از آن بوستان که تو بودی *ex illo horto, in quo eras*, ib. 3, 7. آن روز که خط شاهدت بود *illo die, quo scriptura amasii tibi erat*, ib. 122, 20. در هر صورت که زندگانی کنم *quavis forma, qua vitam transigo*, ib. 31, 9 cf. 101, 12. 119, 19. با همه تندی وصلابت که اوست *non obstante omni ferocitate et violentia, qua ille* (elephas) *est* (praeditus) ib. 104, 5. خبری که دانی دلی بیازارد مکوی *nuncium, quem cor affligere nosti, ne dicas*,

Gul. 172, 21 ubi Semel. pro مکوی, quod ex ed. Taur. recepi, چه کنم با که توان گفت تو خاموش باش legit: *quid faciam* (illi) *de quo dici potest*, ib. 59, 19, de quo exemplo vid. §. 545.

547. Praeterea dativus et accusativus relativi affixo signo را exprimi possunt, quod tum maxime in usu est, si praecedit آن vel هر e. g. * کرا پادشاهی سزاید بداد کرا پایه بایست پایه نهاد *cui regnum decet, dedit, cui dignitas debetur, (hunc) muneri praeposuit*, Frag. 28, 27 وآن کرا دستگاه وقدرت نیست شلغم پخته مرغ بریانست *illi autem, cui desunt auxilium et facultates, coctum rapum gallina assa est*, Gul. 93, 6. هر کرا دشمن پیش است *quicunque inimicum coram se habet*, ib. 178, l. ult. cf. 84, 7. 107, 23. وآن کهرا پادشاه بیندازد کسش از خیل خانه ننوازد *illum vero, quem rex eiecerit, nemo ex tota aula amice tractaverit*, ib. 115, 8. هر کرا بینی براه نا صواب *quemcunque vides aberrasse a recta via*, Pend. 78 l. antp. cf. Gul. 42, 22. هرچهرا کردست بر تو حق حرام *quodcunque Deus tibi interdixit*, Pend. 71, 6.

548. Post relativum plerumque ponitur pronomen personale, relativi casum indicans, qua in constructione Persarum relativum ut Hebraeorum אשר et Arabum الذی mera est nota relationis et omnibus pronominis personis relativam vim tribuere potest e. g. من آن مورم کنه در پایم بمالند *ego illa sum formica, quam me pedibus conculcant*, Gul. 84, 14. من آنم که من دانم *ego sum ille*

quem me novi ipse, ib. 57, 22. ای کہ شخص منست حقیر نمود *heus* (tu), *cui tibi corpus meum miserabile est visum*, ib. 17, 21. زبانش کہ *cuius lingua*, ib. 7, 17. نہ مردست آن کہ در وی مردمی نیست *non vir est ille, in quo non est virtus*, ib. 79, l. ult. کہ بر آن *in quo* (muro), ib. 125, 15.

549. Eodem modo alia quoque pronomina et adverbia accedente relativo relativam vim accipiunt, e. g. هر کہ s. هر آنکہ *quicunque*, هر چہ s. هر آنچہ *quodcunque*, de q. v. §. 193. آنجا کہ *ubi*, هر کجا کہ *ubicunque*, qua significatione etiam کہ saepe supplendum est, de q. v. §. 561.

550. De addendo post relativum pronomine personali ipsi Persarum scriptores haud inter se consentiunt. Plerumque ambiguitatis tollendae causa pronomen pers. post relativum positum legimus, saepe etiam metri ratione habita aut ad scriptoris arbitrium idem pronomen additur vel omittitur, ita ut perpetuum quidquam in hoc praescribi non posse videatur. Observetur tantum varia relativi cum pronomine pers. constructio multis exemplis uberius explicanda.

551. Si relativum est subiectum enuntiati relativi, ad nomen praecedens referendum, quod simul est nominativus sententiae praedicativae, pronomen personae, quod abesse potest, in poetico imprimis sermone saepe additum legitur e. g. هر کہ او در بند آرایش بود *quicunque in vinculis ornamenti est*, Pend. 38, 7. هر کہ باشد او

زدولت بخت یار *quicunque sorte fortunae amicus est*, ib. 91, 6 cf. 14, 5. 116, 2 inf. 122, 3. حسودرا چه کنم کو زخود برنج در است *invido quid faciam, qui per se ipsum in miseria est?* Gul. 22, 20 cf. 24, 12. 29, 4. Spieg. Chr. 13 l. antp. هر چیز که آن برای ما خواهد بود * آن چیز همی بلای ما خواهد بود *quodcunque nostra causa est, hoc infortunium nostrum erit*, Pend. 22, 12.

552. Huc pertinet idem pronomen 3 pers. apodosi praemissum, si ad subiectum, quod enuntiato relativo magis explicatur, referendum est e. g. آنکه در راحت وتنعّم زیست * او چه داند که حال گرسنه چیست *quicunque in otio et voluptate vitam transigit, ille quid novit, quis sit esurientis status?* Gul. 182, 11. هرکه ذاکر نیست او خاسر بود *quicunque* (Deum) *non celebrat, hic damnum patitur*, Pend. 46, 10. هرکه او عارف نشد او زنده نیست *quicunque non novit* (Deum contemplatione), *hic non vivit*, ib. 83 l. antp. cf. Gul. 173, 4 collatis aliis exemplis, Gul. 4, 11. 174, 11. 178, 3. 179, 10. 181, 10. 191, 7. 192, 22 ubi او in apodosi deest.

553. Si nomen relativo antecedens est nominativus sententiae relativae et accusativus sententiae praedicativae, pronomen pers. aut abesse potest, si antecedens accusativi signo را insignitur, aut sententiae praedicativae addi solet, si idem signum را abest e. g. یاری‌را که دلم برد دیدم *amicam, quae cor meum rapuit, vidi.* آنکه زر

ندارد بهیچ نشمارندش *qui aurum non possidet, hunc nihili aestimant*, Lumsden l. l. t. II. p. 99.

554. Si nomen relativo antecedens est dativus vel accusativus sententiae relativae, sed nominativus sententiae praedicativae, aut antecedens casus obliqui signo را insignitur, aut ipsum relativum nude positum, vel cum pronomine pers. coniunctum e. g. آنرا که تو رهبری کنی گم نشود *ille, quem tu dirigis, non perit* pro آن که اورا Gul. 190, 12. ترا که دست بلرزد گهر چه دانی سفت *tu* (o senex), *cui manus tremula est, margaritam quinam perfores* pro تو که ترا ib. 144, l. ult. cf. 74, 19. 20. 112, 8. آنرا که گوش ارادت گران آفریده اند چون کند که بشنود وآنرا که بکمند سعادت کشیده اند چون کند که نرود *ille, quem creaverunt aure voluntatis surda, quomodo faciat, ut audiat; ille vero, quem felicitatis cingulo traxerunt, quomodo faciat, ut non vadat?* pro آن که اورا ib. 190, 3. 4. فلانرا که حبس فرمودهٔ با ملوك نواحی مراسلت دارد *quidam, quem in carcerem coniecisti, cum principibus regionum* (vicinarum) *commercium habet* pro فلان که اورا ib. 41, 11. متعلقانشرا که نظر در کار وی بود وشفقت بروزگار او پندش دادند *amici ipsius, quibus illius status curae erat et qui illius fortunam miserabantur, eum sedulo monebant* pro متعلقانش که ایشانرا ib. 117, 17. هر کرا از صدق دل صافی بود * خرقهٔ ولقمهٔ کافی بود *omnis, cui sinceritate cor mundum est, una veste vili unoque bolo contentus erit*, Pend. 99, 1. هر که این چارش بود باشد

عزیز *omnis, qui haec quatuor* (signa) *possidet, excelsus erit*, ib. 22, 2. هر که اورا تکیه بر صانع بود * در جهان با لقمهٔ قانع بود *omnis, cui est fiducia in creatorem, in* (hoc) *mundo uno bolo contentus erit*, ib. 31, 11 cf. 41, 16.

555. Si nomen relativo antecedens simul est dativus vel accusativus sententiae relativae praedicativae, sed signo را non insignitum, pronomen pers. addi solet; apposito autem signo را pronomen person. plerumque omittitur. Attamen in multis exemplis ad scriptoris arbitrium pronomen additum vel omissum legimus, e. g. وآن کهرا پادشاه بیندازد * کسش از خیل خانه ننوازد *illum vero, quem rex eiecerit, nemo ex tota aula amice tractaverit*, Gul. 115, 8. هر کرا زر در ترازوست زور در بازوست *omni, cui aurum in libra est, robur in lacerto est*, ib. 134, 11. هر کرا جامه پارسا بینی * پارسا دان ونیك مرد انگار *quencunque habitu religioso conspexeris, religiosum scito bonumque virum censeto*, ib. 53, 4. آنرا که بخواند بدر کس ندواند *illum, quem* (Deus) *eligit, ad portam alterius non mittit*, ib. 61, 10. * آنرا که بجای تست هر دم کرمی عذرش بنه *illi, qui tibi quovis momento nova beneficia praestat, illi ignoscas*, ib. 41, 18. وآنرا که تو گم کنی کسش رهبر نیست *illi vero, quem tu perdis, nemo illi dux erit*, ib. 190, 13. Adde versum Hafizi, in quo ipsum pronomen repetitum est : یا رب این نو گل خندان که سپردی بمنش * می سپارم بتو از دست حسود چمنش

o domine, haec recens rosa ridens, quam mihi dedisti, hanc reddo tibi e manu invida horti, Lumsden, l. l. t. II, p. 105.

556. Si casus nominis, quod relativo antecedit, praepositione quadam exprimitur (§. 334 sqq.), pronomen pers. in sententia relativa vel praedicativa, quae eundem casum requirunt, abesse solet, e. g. در سرای دنیا که بقا ندارد آرام نباید کرد *in palatio mundi, quod non manet, non est commorandum*, omisso درو ante آرام in sententia praedicativa. در شهری که عدل نباشد عجب است که ویران نشود *qua in urbe non est iustitia, mirandum est, quod non devastetur* pro شهری که درو Lumsd. l. l. t. II, p. 98 sqq. بهر گلرخ که کردم سرخ دیده * کنون از هر مژه خونم چکیده *pro omni roseas genas habenti, pro quo rubere feci oculos, nunc ex quovis cilio sanguis mihi stillat*, pro بدو که *pro quo*, respondens Latinorum constructioni *de qua pulcra dixi* pro *de ea pulcra, de qua dixi*, Jos. et Sul. 6, 45. 46.

557. Eadem constructio locum obtinet, si idem nomen accusativo, casu adverbiali, positum est, e. g. کاش کان روز که در پای تو شد خار اجل * دست گیتی بزدی تیغ هلاکم بر سر *utinam illo die, quo fati spina in tuo pede* (demersa) *fuit, coeli manus caput meum fatali gladio percussisset*, pro که درو Gul. 130, 13. — Attamen dici potest, e. g. ساعتی که مرا دیدی مبارك است *momentum, quo me vidisti, fortunatum est*, quum, ut supra (§. 546) dictum est, relativo nude posito inter alios et casus locativus exprimi possit; vid. Lumsd. l. l. t. II, p. 101.

558. Si nomen relativo antecedens intercedente alio nomine substantivo connexum est cum verbo sententiae relativae, pronomen pers. in sententia relativa exprimendum est, e. g. غلامی بدیع الجمال لطیف الاعتدال که زور سر پنجهء جمالش بازوی تقوی شکسته *servus pulcritudine admirandus, proportione eximius, qui robore pugni pulcritudinis suae brachium pietatis fregisset*, Gul. 73, 18 cf. ib. 16. 17. دل آزاری که بیمارم زچشم نامسلمانش *cor affligens* (puella), *cuius oculo infideli aegrotus sum*, Lumsden, l. l. t. II, p. 102.

559. Eodem modo pronomen pers. in sententia praedicativa exprimendum est, si nomen relativo antecedens intercedente alio nomine substantivo connexum est cum verbo sententiae praedicativae e. g. پادشاهی کو روا دارد ستم بر زیر دست * دوستارش روز سختی دشمن زور آورست *rex, qui licitam habet iniustitiam in subditos, die miseriae amicus eius inimicus violentus est*, Gul. 24, 12. خلافی که درین باب از حکما منقول است وجهش اینکه *controversia, quae hac de re a sapientibus traditur, hac ratione est*, ad litt. *eius ratio haec est*, Lumsden, l. l. t. II, p. 102.

560. Loco pronominis pers. ipsum nomen relativo antecedens vel eiusdem epitethon poni potest e. g. ارسطو که دستور درگاه بود * بهر نیك وبد محرم شاه بود * سکندر بتدبیر دانا وزیر * بکم روزگاری شد آفاق گیر *Aristoteles, qui regis minister erat et in omni bono et malo eiusdem familiaris; Alexander* (huius) *sapientis mi-*

nistri consilio brevi tempore factus est mundi dominus, pro بتدبیرش quum epitheton دانا وزیر pro pronomine pers., ad Aristotelem (ارسطو) referendo, positum sit, Isk. N. p. 160. آنکه نبود مردرا خوی نکو * مرده می دانش زنده نبود او *vir, qui bonae non est indolis, mortuum illum existima, non enim vivit* pro آن مرد که نبود اورا, pronomine dem. آن pro آن مرد posito, Pend. 70, 5 cf., 85, 5.

561. Ellipsis relativi haud raro locum habet, si antecedit هر, کجا sim. e. g. هرکس بکعبهٔ طلبت رو نهد نخست * از کل کائنات کند قطع التفات *quicunque* (veluti) *ad Caabam perquisitionis vultum dirigit, primum prorsus se avertat ab omnibus rebus creatis* pro هرکس که Lumsden, l. l. t. II, p. 95. هر کجا سلطان عشق آمد *quocunque loco rex amor apparet,* Gul. 116, 16. هر کجا پای نهد *quocunque loco pedem ponit* pro هر کجا که ib. 100, 2 cf. 29, 14. collato ib. 99, 15. 101, 18 ubi که additum legitur.

ENUNTIATA TEMPORIS, RATIONIS, CONSILII.

Haec enuntiata quum non conformentur, nisi ope coniunctionum, quae tempus, rationem vel consilium in-

dicant, de earum usu et constructione accuratius hic dicendum est.

562. De tempore adhibetur coniunctio تا significans *donec*, *ex quo*, *simulac*, *priusquam*. Tempora quibuscum haec coniunctio construitur, pro varia, qua adhibetur, significatione variant.

563. Aoristus sequitur, si significat i. q. ما دامَ کہ (Gul. 160, 15) *donec*, *dum*, *quamdiu* e. g. بهم بر مکن تا توانی دلی *ne unius quidem animum*, *dum potes*, *iratum reddas*, Gul. 43, 10 cf. Pend. 72 l. atp. Spieg. Chr. 48, 2. تا مرا هست ودیگرم باید *dum* (aliquid) *possideo et aliud habere cupio*, Gul. 75, 3 cf. 5, 23. کہ دانہ تا نیفشانی نروید *granum enim*, *quamdiu non sparseris*, *minime crescit*, ib. 36, 11. حاصل نشود رضای سلطان * تا خاطر بندگان نجوئی *amor principis non conciliatur*, *quamdiu animos subditorum non devinxeris*, ib. 38, 2. کہ تا جای نبینند پای ننهند *qui* (coeci), *quamdiu solum tactu non exploraverint*, *pedem non ponunt*, ib. 13, 13. 14. 85, 18 cf. Pend. 91, 12.

564. Attamen coniunctio تا eadem significatione in ipsa narratione construitur cum praeterito absoluto, quod est tempus historicum (§. 453) et cum plusquamperfecto e. g. آغاز خوردن کرده تا بسرحد امتلا نرسید عنان باز نکشید *postquam* (asinus) *edere coeperat*, *non desiit*, *donec ad finem satietatis non pervenisset*, Spieg. Chr. 31, 4. بنشستم واز هر دری سخن پیوستم تا حدیث زلت یاران در میان آمد *consedi omnisque generis sermones*

protuli, donec historia lapsus sodalium in medium trahebatur, Gul. 35, 16 coll. 47, 19. نعمت بسیارش فرمود واکرام کرد تا یکی از ندمای ملك دران سال از سفر دریا آمده بود *multis beneficiis illum ornavit et omni honore coluit, donec quidam ex purpuralis regis illo anno ex itinere maritimo advenerat*, Gul. 47, 3.

565. **Praeteritum absolutum requiritur etiam si coniunctio تا significat *ex quo*, *simulac*, e. g.** جهان آفرین تا جهان آفرید * سواری چو رستم نیامد پدید *ex quo mundi creator mundum creavit, eques instar Rustemi non apparuit*, Sohr. 165, l. atp. تا کودکان بیاوردم دیگر کودکی نکردم *ex quo pueros procreavi, puerilibus prorsus abstinui*, Gul. 142, 16. پشت دو تای فلك راست شد از خرّمی * تا چو تو فرزند زاد مادر ایّامرا *dorsum orbis coelestis contortum prae laetitia fuit erectum, ex quo tui instar temporum matri natus est filius*, ib. 11, l. ult. cf. H. Mon. I, 22, 12. تا برسیدیم بنخیل بنی هلال کودکی سیاه از حیّ عرب بدر آمد *simulac ad palmam filiorum Helalis pervenimus, puer quidam niger ex Arabum gente prodiit*, Gul. 68, 12. تا روز روشن شد آن تاریك دل مبلغی راه رفته بود *simulac dies illuxit sceleratissimus ille aliquantum itineris aufugerat*, ib. 56, 7.

566. Futurum exactum construitur cum coniunctione تا, si significat *priusquam*, *antequam*. **Sed legitur etiam Aoristus, quum, ut supra (§. 468) dictum est, illius temporis vices gerat** e. g. خاموش که فردا در قیامت تا پدرت زیر این سنگ گران بر خوه بجنبیده باشد پدرم به بهشت

رسیده باشد *tace, cras enim in resurrectione, antequam pater tuus sub gravi illo saxo circum se versatus fuerit, pater meus iam in paradisum venerit*, Gul. 156, 20 ubi ed. Taur. ipsum Aoristum بجنبد pro futuro exacto exhibet. وتا تریاق از عراق آورده شود مار گزیده مرده باشد *et antequam Theriaca ex Irak apportata erit*, (homo) *serpente ictus exstinctus fuerit*, ib. 32, 19 ubi Aoristus آورده شود pro futuro exacto آورده شده باشد legitur.

567. Coniunctiones quae significant *quum*, *postquam*, *quum in actione praeterita adhibeantur*, cum praeteriti quoque temporibus semper construuntur. Tales sunt :

568. چون s. چو cum imperfecto vel praeterito absoluto in utraque enuntiati parte constructum, e. g. چون نصیحت شیخم یاد آمدی گفتمی *quum senis consilium mihi in mentem veniebat, dicere solebam*, Gul. 63, 18. چون روز شد گفتمش *illucescente die illi dixi*, ib. 67, 22. چون وزیر این سخن شنید طوعًا وکرهًا بپسندید *postquam Vezirus hanc* (regis) *sententiam audiverat, invitus probavit*, ib. 20, 14. وچون این خبر بتاش رسید لشکرها جمع آورده متوجه خراسان شد *hoc nuntio audito Taschus exercitu collecto in Chorasanum rediit*, H. Sam. 88, 14 cf. 72, 9.

569. چندانکه *simulac, postquam*, vel چندانچه, quod eadem significatione interdum eius loco reperitur, sequente praeterito absoluto in utraque enuntiati parte e. g. چندانکه مقربان حضرت آن بزرگ بر حال من واقف شدند باکرامم در آوردند وبرتر مقامی معین کردند *simulac*

familiares illius magnatis de re mea certiores facti sunt, magno honore me introduxerunt, mihique supremum locum adsignarunt, Gul. 35, 9. چندانکه از نظر درویشان غایب شد ببرجی بر رفت ودرجی بدزدید *mox ubi se religiosorum conspectui subduxerat*, (urbis) *murum conscendit et arculam gemmarum abstulit*, ib. 56, 6. چندانکه چشم کبوتران بر دانه افتاد آتش گرسنگی شعله زدن گرفته عنان اختیار از کف اقتدار شان بیرون برد *simulac columbarum oculi in granum inciderant, ignis famis inflammari coepit et habenas voluntatis e manu potentiae illarum exire fecit*, Anv. Soh. 87 v. 15 cf. Gul. 102, 16. 103, 18. چندانچه اثر آن بدست روباه رسید بیچاره روباه از ترس جان دل از صحبت مرغان برکند *simulac illius* (baculi) *vestigia vulpem attigerant, vulpes remedio destitutus de vita sua metuens ex avium societate animum evulsit*, Anv. Soh. 67. v. 18.

570. Denique coniunctiones synonymae ope که compositae, ut ازانکه s. بعد که s. ازین پس که s. ازان پس, quas sequitur plusquamperfectum vel praeteritum absolutum e. g. بعد ازانکه صولت ملك مشاهده کرده بود *postquam violentiam regis coram viderat*, Spieg. Chr. 31, 17. ازین پس که آوردمت باز دست * پذیرفتم اندر خدای بزرگ *postquam te iterum nactus sum, Deo omnipotenti polliceor*, Schahn. I, 228, 201.

571. C o n s i l i u m et f i n e m actionis denotant imprimis coniunctiones تا et که, quarum prior تا germ. *damit*, gall. *afin que* respondet, که autem simpliciter *ut* significat

et quod Latini per accusativum cum infinitivo exprimunt. Praeterea quae sequuntur exempla, qualis differentia sit utriusque coniunctionis, optime explanant.

I. تا *ut* germ. *damit* construitur cum aoristo aut praeterito absoluto.

1) Aoristus coniunctionem تا sequens

a) Praesentis significatione accipiendus est, si idem aoristus, vel praesens vel imperativus praecedit e. g.
بارها در دلم آید که باقلیم دیگر نقل کنم تا در صورت
که زندگانی کنم کسیرا بر نیك وبد حال من اطّلاع
نباشد *nonnunquam venit mihi in mentem, aliam adire terram, ut, qualicunque modo vitam transigam, nemo de statu meo bono sive malo certior fiat*, Gul. 31, 8.
هرکه خلق خدای تعالیرا بیازارد تا دل خلقی بدست
آرد خدای تعالی همان خلقرا بر وی گمارد تا دمار از
روزگارش بر آرد *quicunque Deum altissimum offendit, ut unius hominis animum sibi devinciat, Deus altissimus ipsum illum hominem istius potestati tradit, ut illius stirpem ex temporum memoria deleat*, Gul. 37, 13—15. چرا
خدمت سلطان نمیکنی تا از مشقّت کارکردن برهی گفت
تو چرا کار نکنی تا از مذلّت خدمت رهائی یابی *quorsum tu* (etiam) *regi non inservis, ut gravi illo laborandi onere te expedias? respondit* (alter) *: sed tu quorsum non* (manibus) *potius laboras, ut ab illa servitutis vilitate te liberes?* ib. 49, 8 ubi ed. Taur. pro نمیکنی aoristum
نکنی legit. باری بتاویل شرع بکش تا در قیامت مواخذ
نباشی .... گفت اجازت فرمای تا من وزیررا بکشم *saltem*

ex sententia legis (illum) *interficias, ne in extremo iudicio supplicio afficiaris, . . . respondit* (ille) *permitte, ut Vezirum* (primum) *interficiam*, Gul. 40, 7 cf. 54, 7. 64, 8. 9. H. Bui. 25, 8. H. Sam. 54, 14. Spieg. Chr. 15, 16.

b) Praeteriti autem significationem habet, si praecedit praeteritum e. g. چون بنماز برخاستند بیشتر ازان کرد که عادت او بود تا ظن صلاحیت در حق او زیادت کنند *quum precibus assurgerent, illas more suo fudit largiores, ut de ipso maximam pietatis opinionem conciperent*, Gul. 56, 22. عاملیرا شنیدم که خانهٔ رعیت خراب کردی تا خزینهٔ سلطان آبادان کند *quaestorem quendam fuisse audivi, qui subditorum penates devastaret, ut aerarium regis expleret*, ib. 37, 12 cf. 54, 14. Spieg. Chr. 11, 3 infra.

2) Praeterito absoluto post تا posito praecedere solet tempus praeteritum e. g. تا امشب مرا طالع میمون وبخت همایون بدین بقعه رهبری کرد تا بدست این مطرب توبه کردم که دگر بارگرد سماع ومخالطت نگردم *donec hac nocte felix horoscopus et fausta sors ad hoc hospitium viam mihi monstravit, ita ut iuvante hoc musico poenitentiam agerem, posthac musicae et consortii humani delinimentis abstinere* (mihi proponens), Gul. 65, 9.

572. Post verba iubendi, quae in persico sermone cum تا construi solent, aoristus ponitur, si ad mandatum tantum respicitur, mandati executionis autem simul ratione habita, تا cum praeterito absoluto construitur e. g. ملك فرمود تا برنندش وبرانند *rex imperavit, ut illum*

castigarent et expellerent, Gul. 47, 6 cf. 35, 22. 51, 14. نقلست که در ایام مرض فرمود تا بر در قصر او خانه ساختند *narrant,* (principem) *quum aegrotaret prope portam palatii sui aedificium exstrui iussisse,* H. Sam. 50, 16. قیصر فرمود تا قفل از آنجا بر گرفتند *imperator mandavit, ut claustrum exinde* (ex arcula) *revellerent,* H. Bui. 25, 12. حکیم فرمود تا غلامرا بدریا انداختند *sapiens puerum in mare deiici iussit,* Gul. 24, 20 cf. 39, 3. 44, 6 et Semelet ad Gul. 18, 14 p. 123.

573. Eadem constructio locum habet, si pro تا post verba iubendi coniunctio که legitur e. g. وفرمود که میراث ویرا بدو نیم کردند *et haereditatem illius in duas partes dividi iussit.* Spieg. Chr. 16, 19. بعد ازان فرمان داد که در مصلی منبری روی بقبله نصب کنند وچهار رایت بزرگ که ملون بچهار لون که عبارت از سرخ وسفید وزرد وسبزست بر چهار طرف منبر منصوب ساختند وحکم کرد تا در هفتدهم رمضان سال مذکور خلایق بمصلی شتافتند *deinde imperavit, ut in Mosalla suggestum Kiblam versus exstruerent et quatuor magna vexilla, quatuor coloribus, rubro nimirum, albo, flavo et viridi distincta in quatuor angulis suggestus infigerent et* (porro) *imperavit, ut homines die decimo septimo mensis Ramadhan anni praedicti ad Mosallam festinarent,* Not. et Extr. IX, 224, 14 coll. II. Sel. 23, 13 ubi تا post فرمان داد legitur وفرمود تا آن کتاب‌را در آب انداختند وحکم کرد که هرجا از تصانیف ومقال عجم کتابی باشد جمله‌را بسوزند *itaque iussit hunc librum in aquam demergi atque edixit, ut*

omnia opera et scripta persica, ubicunque deprehendi possent, comburerent, Wilken, Chr. 170, 8 cf. H. Sam. 20, 13.

II. كه simpliciter *ut* significat et ponitur etiam post verba sentiendi et declarandi, ubi Latini accusativum cum infinitivo adhibent.

574. Aoristus, coniunctionem كه sequens, praesentis significationem habet, si praecedit praesens, vel imperativus, vel aoristus e. g. واجبست بر من كه ترا بر خصم تو دلالت كنم *necesse est, ut tibi inimicum tuum indicem* Spieg. Chr. 13, 7. ميخواهى كه ازين محنت خلاص شوى *visne ab hac calamitate liberari*, Spieg. Chr. 13, 11 cf. 32, 12—14. مصلحت آن مى بينم كه چنين كسانرا وجه كفاف بتفاريق مجرى دارند *mihi consultum esse videtur, eiusmodi hominibus vitae necessaria praescripto tempore subministrare*, Gul. 29, 6. مبادا كه گزندى بتو رسانم *ne sit, ut damnum tibi inferam*, ib. 13, 17 cf. ib. 87, 9. 10. افتد كه نديم حضرت سلطان زر بيابد وباشد كه سر برود *accidere solet, ut purpuratus regis aurum* (quandoque) *acquirat; fieri etiam solet, ut et caput* (quandoque) *perdat*, Gul. 31, 1. چون كريم از دوست برنجد بايد كه كنج مفارقت گيرد وبكوى مهاجرت گرايد *si vir nobilis ab amico affligitur, in angulum separatum se recipiat et pagum remotum petat necesse est*, Spieg. Chr. 9, 4 cf. 11, 12; H. Sam. 50, 9.

575. Praecedente praeterito haud raro post coniunctionem كه praesens vel aoristus ponitur, si status

durantis ratio simul habetur, ubi in aliis linguis ipsum praeteritum reperitur e. g. دیدم که متغیر میشود ونصیحت من بغرض میشنود *vidi* (amicum meum) *esse turbatum et consilium meum invito animo audire*, Gul. 33, 11. دیدم که نفسم در نمی گیرد وآتش گرم من در هیزم تر ایشان اثر نمی کند *videbam verba mea nihil proficere et ignem meum ardentem in humidum ipsorum lignum non penetrare*, ib. 59, 12 coll. 149, 11. 12. وخرمن عمرم نزدیك شد که بباد فنا رود *et prope factum est, ut fruges vitae meae vento dissiparentur*, Spieg. Chr. 25, 14. ترسیدم که از بیم گزند خویش قصد هلاك من کنند *metui, ne perniciem ex me metuentes mihi molirentur exitium*, Gul. 25, 12. پس صلاح دران دیده ام که مطلوبرا بدین بیشه آرم *deinde hoc mihi consultum visum est, expetitum* (asinum) *in hanc silvam adducere*, Spieg. Chr. 24, 17. — Hinc dicitur که گوئی pro که گفتی *ut diceres* (§. 442) e. g. چنان خفته اند که گوئی مرده اند *ita obdormiverunt, ut diceres mortui sunt*, Gul. 57, 15.

576. Post خواستن *cupere, velle* coniunctio *ut* aut per تا vel که exprimi, aut prorsus omitti potest e. g. بعد ازان خواستند که کاردرا بتقلب ازوی بستانند *deinde cultrum vi illi eripere volebant*, H. Sam. 50, 14. خواستم تا بطریقی کفاف یارانرا مستخلص کنم *sodalibus quocunque modo victum sufficientem integrum vindicare volui*, Gul. 35, 2. نخواستند بگمان مجرد چیزی گویند *nihil dicere volebant, opinione tantum augurabantur*, Anv. Soh. 81, r. 4. خواهی متمتع شوی از نعمت دنیا *visne frui*

huius mundi opibus, GUL. 166, 10 collata simili sententia GUL. 38, 4 ubi كه adest.

577. Post ترسيدن *metuere, timere* coniunctio كه saepe omittitur e. g. كه ترسد سرش را بكوبد بسنگ *quia* (serpens) *metuit, ne sibi saxo caput conterat* (pastor) GUL. 25, 17 coll. ib. l. 12 ubi كه post ترسيدم legitur. ترسم بگرگيت برود نام *timeo, ne lupi nomen tibi imponant*, SPIEG. CHR. 4, 6. ترسم نرسي بكعبه اى اعرابى *vereor equidem o Arabs, ut ad meccanum templum pertingas*, GUL. 57, 1 cf. H. SEL. 259, 14 ubi كه adest.

578. Quae post verba dicendi poni solet particula كه cogitata et dicta oratione recta introducit et respondet Graecorum partic. ὅτι, qua in alicuius verbis referendis utuntur. Exempla quavis fere pagina reperiuntur. Saepe autem omisso verbo dicendi sola haec particula initio orationis rectae ponitur (§. 508, a) e. g. وهمراه طبيبى فيلسوف بمهارت در طب وحكمت موصوف پيش خليفه بپاى خاست كه سه چيز آورده ام *et una cum* (donis) *medicum philosophum solertem, arte medica et sapientia praecellentem* (misit); *coram Chalifa stetit* (dicens): *tres res attuli*, SPIEG. CHR. 5, 4. دزد بى توفيق ابريق رفيق بر داشت كه بطهارت ميروم *perditissimus ille fur sodalis gutturnium abstulit* (dicens): *vado, ut abluitionem faciam*, GUL. 56, 2 cf. 149, 19. 20 et Semelet ad GUL. p. 49, n. 40. p. 50, n. 52 et p. 162, n. 277.

ANNOT. Oratio recta persicae linguae propria est et tum etiam adhibetur, quum ambiguus oritur verborum sensus. — Indi-

recta oratio in vulgari sermone magis in usu est et in recentioribus libris saepius adhibetur, d. q. v. Lumsden, l. l. t. II, p. 348—355. Attamen in classicis quoque scriptoribus perpauca huius loquendi generis reperiuntur exempla, ut : پسر دانست که دل آویختهٔ اوست واین گرد بلا انگیختهٔ او *filius cognovit, illum sui amore captum istumque miseriae pulverem se auctore esse commotum,* Gul. 118, 6 pro انگیختهٔ من et آویختهٔ من است adhibita nimirum recta oratione, qua post دانستن praemissa particula که loquentis verba afferuntur cf. ib. 44, 3. 192, 4. Isk. N. 273, 4. coll. Gul. 112, 2. 131, 15. 141, 20.

579. Saepe coniunctio که cum praecedente verbo باشد constructa legitur, quae dicendi formula r e m, q u a e f i e r i p o t e s t innuit et lat. *fortasse* respondet. Pro باشد nonnunquam synon. بُوَد vel افتد *accidit* legitur e. g. باشد که از طرفی مال ما دست بدارند *fieri potest, ut parti opum nostrarum renuntient,* Gul. 63, 4. باشد که وصیّتی کند *fortasse testamentum facit,* ib. 138, 9. افتد که ندیم حضرت سلطان زر بیابد وباشد که سر بهود *fieri potest, ut purpuratus regis aurum* (quandoque) *acquirat, fieri quoque potest, ut et caput* (quandoque) *perdat,* ib. 31, 1. بود که پرتو نوری ببام ما افتد *fieri potest, ut radius lucis in tectum nostrum cadat,* Lumsden l. l. t. II, p. 310.

580. Coniunctionum تا et که synonymae sunt چنانکه seu چنانچه, quae proprie *ita ut* significant et aut connectunt duas sententias, quarum una causam altera

effectum exprimit, aut indicant consilium et finem actionis e. g. روزی از بام تا شام رفتم چنانکه مانده وکوفته شدم *quodam die mane ad vesperam ivi, ita ut defatigatus languescerem*, Lumsden, l. l. t. II, p. 506. عیب کسی مگو چنانچه عیب تو هم کسی نگوید *vitia alterius ne dicas, ne tua quoque vitia quisquam dicat*, ib. cf. Spieg. Chr. 11, l. alp.

581. Praeterea adhibetur که

a) in apprecatione bona vel mala et in iuramento, ubi verbum, a quo pendet, saepissime supplendum est. Tale est in apprecando verbum خواستن *cupere, velle*, quo omisso coniunctio که i. q. کاش که *utinam* valet, quod e. g. Gul. 130, 13 legitur. En exempla که خاکم بر سر *utinam pulvis super caput meum* (esset), Gul. 130, 16 cf. supra §. 315. که تا هند باشد تو باشی بجای *utinam, quamdiu India manet, in loco remaneas*, Chr. Sch. 79, 138. چشم بد اندیش که بر کنده باد *utinam oculi maligni effossi sint*, Lumsden l. l. t. II, p. 407, in quibus exemplis خواهم ante که supplendum est. بدوستی که حرامست بعد ازو صحبت * که هیچ نطفه چو او آدمی نخواهد بود *per talem amicum, quo mortuo amicitiam colere nefas est*, (iuro) *nullum semen hominem fieri illi similem*, Gul. 130, 8 cf. ib. 8, 6 in praec. §. 449. بیزدان که تا من همی کام خود * نیابم نیابم بآرام خود *per Deum* (iuro) *me non prius quietem capturum, quam, quod volui, assecutus sim*, Chr. Sch. 108, 349. In hisce exemplis

supple سوکند میخورم *iuro*, quod aliis locis, ut GUL. 173, 20, additum est.

b) post interiectiones e. g. دریغا که پژمرده شد ناگهانی * گل باغ دولت به روز جوانی *eheu! rosa horti felicitatis subito emarcuit die iuventutis* (suae), H. MON. I, 23 not. 31. افسوس که بر دفتر عمرم ایام * آنرا روزی نویسد اینرا روزی *vae! quod in diario vitae meae fortuna hoc et illud scripserit*, H. SEL. 242, 12 cf. GUL. 96, 9 ubi وه که *eheu!* legitur.

c) post particulas interrogandi, ut چون *quomodo*, in quo dicendi genere verbum quoddam supplendum esse videtur. Exemplum e Schahnamah vid. supra §. 519.

d) ad vim coniunctionis تا augendam, cui postponi et praemitti potest, e. g. * پاك دار ازکذب واز غیبت زبان تا که ایمانت نیفتد در زیان *integram serva linguam tuam a mendacio et obtrectatione, ne fides tua damnum faciat*, PEND. 14, l. ult. نیکی کن تا که بدی گردت نیاید *bonum fac, ne malum te circumdet*, تا که یاررا دیدم روی غم ندیدم *ex quo vidi amicum, moeroris faciem non vidi.* نیك نام باش تا که جهان پایدار باشد *bonum nomen conserva, dum mundus manebit.* از بدی گریزان باش که تا نیك نام شوی *malum evita, ut boni nominis particeps fias*, LUMSDEN, l. l. t. II p. 488 et 489. پر اندیشه شد تا بدرگه رسید * که تا برگ وبیخش چو آرد پدید *simulac in palatium* (suum) *pervenit, cogitationi se dedit, quomodo folia et radicem illius* (arboris) *prodire faceret*, SCHAHN. t. II, 418, 2646.

e) ad formandas coniunctiones ex praepositionibus et adverbiis, quibus که postponitur, d. q. v. §. 283, 2. 3 et 284. Nonnunquam pro که reperitur چه ut زیراچه pro usitato زیراکه *quia*, vid. Lumsden, l. l. t. II, p. 520. Haud raro etiam in poetico imprimis sermone ipsum که omittitur e. g. بگو دلرا که گرد غم نگردد * ازیرا غم بخوردن کم نگردد *dic cordi, moerori ne indulgeas, quia moeror indulgendo non deminuitur*, Lumsden, l. l. t. II, p. 441. In coniunctione اندیک *propterea quod* docente Lumsdenio که in ك mutatum est e. g. با آنکه من از عشق تو رسوای جهانم * هم راضیم اندیك تو زیبای جهانی *quamquam ob tuum amorem mundi ignominiae expositus sum, tamen illo contentus sum, quia es mundi ornamentum*, Lumsden ib. p. 462. Eadem mutatio reperitur in کاشك *utinam* pro کاش که s. کاشکی d. q. v. exempla supra §. 470.

f) post coniunctiones, quibus aut emphatice additum est aut elliptice, omisso nimirum verbo quodam, a quo که pendet, ut post چون *si* e. g. چون که این خانه از تو خواهد ماند *si haec domus a te derelicta manebit* pro چون باشد که *si accidit, ut* Gul. 96, 3 cf. Pend. 18, 9. 71, 8. 13.

g) post comparativum, significans *quam*, d. q. v. supra §. 416, b. c.

ENUNTIATA CONDITIONALIA.

582. Duae sunt coniunctiones persicae, quibus conditio indicatur, چون s. چو nimirum et اگر s. گر, quae usu ita inter se differunt, ut in rebus dubiis et ambiguis اگر poni soleat, چون autem in eis dictis, in quibus, certis quibusdam positis, certus quoque sequitur eventus. Attamen perdifficile est, hoc utriusque coniunctionis discrimen semper perspicere, quum principiis rhetoricis persicae linguae saepe innitatur et nonnisi ab iis, qui libros accurate cognoscunt, intelligi possit, conf. Lumsden, l. l. t. II, p. 450.

583. چون et اگر construi solent cum Aoristo conditionis et consequentiae, quum iam fit illud, hoc vero exspectatur. Verbum consequentiae etiam imperativus esse potest. Aoristi autem verbi substantivi locum saepe eiusdem praesens obtinet*) e. g. گرت مال وجاهست وزرغ

*) Praesens verbi substantivi saepe in usu est, ubi aliorum verborum aoristus poni solet, ut in enuntiatis generalibus, quae pronomine relativo exprimuntur et in unoquoque enuntiato, duobus membris constante, quorum actionis perpetuitas invicem restringitur, e. g. هرکرا دشمن پیش است * گر نکشد دشمن خویش است *quicunque inimicum coram se habet, nisi illum interfecerit, sui ipsius inimicus est*, Gul. 178, l. ult. cf. Pend. 54, l. 84, 6

وتجارت * چو دل با خدایست بخلوت نشینی *quamvis sint tibi divitiae, honores, agri et mercatura, si cor* (tuum) *cum Deo est, in solitudine sedes* i. e. ita te habebis, quasi solus sis et his omnibus careas, Gul. 67, 18. 19. علم چندانکه بیشتر خوانی * چون عمل در تو نیست نادانی *quamvis scientiam quam maxime excolas,* (tamen) *insipiens eris, si* (eorum quae scis) *usus tibi non est,* ib. 167, 9. 10. چو کم خوردن طبیعت شد کسیرا * چو سختی پیشش آید سهل گیرد * وگر تن پرورست اندر فراخی * چو تنگی بیند از سختی بمیرد *si modicum comedere cuiquam in naturam abiit, si inedia illum premit, facilius feret; et si corpus curat profuse et laute, si incidit in miseriam, inedia perit,* ib. 87, 1—4 cf. 27, 9. 93, l. ult. دشمن چه کند چون مهربان باشد دوست *quid faciat inimicus, si amicus est benevolus?* ib. 22, 14. با رعیت چون کند سلطان ستم * مر اورا باشد بقا در ملك کم *si rex iniuste agit erga subditos, in regno haud diu manebit,* Pend. 54, 10 cf. 55, 1. 95, 6. — اگر نوش دارو بخواهم دهد یا ندهد واگر دهد منفعت کند یا

---

et quae supra in capite de enuntiatis relativis p. 115 sqq. allata sunt exempla. که تا بر فلك ماه وخورشید هست * درین دفترت ذکر جاوید هست *quamdiu in orbe sunt luna et sol,* (tamdiu) *manebit nomen tuum in hoc libro,* Lumsden, l. l. t. II, p. 487. اهل آز تا زنده است در جان کندن گرفتار است *avarus, dum vivit, in anima effodienda detentus est,* Lumsden, ib. p. 303 cf. supra §. 563.

نکند *si remedium expeto, dabit aut negabit; si dederit, proderit aut non proderit*, Gul. 88, 10. گر بغریبی رود از شهر خویش * سختی ومحنت نبرد پینه دوز * ور بخرابی فتد از مملکت * گرسنه خسبد ملك نیم روز *si sartor peregrinatur ex urbe sua, inopiam et miseriam non suffert, si vero in desertum deciderit ex regno* (suo) *Nimrusi rex, famelicus iacet*, ib. 100, 18 cf. 56, 19. گرش چشم خدا بینی ببخشند * نه بیند هیچکس عاجزتر از خویش *si illi oculum Deum cernentis concesserint, neminem se ipso miserabiliorem videret*, ib. 57, 19. گر همه زر جعفری دارد * مرد بی توشه بر نگیرد کام *si omne aurum purissimum possideret, vir viatico destitutus animi desiderium haud expleret*, ib. 92, 19. * وگر از هر دو جانب جاهلانند اگر زنجیر باشد بکسلانند *si in utraque parte insipientes sunt, si catena esset*, (eam tamen) *rumperent*, ib. 111, 3 cf. H. Sel. 248, 1. * گر گدا پیشرو لشکر اسلام بود کافر از بیم توقع برود تا در چین *si mendicans esset primum Muhammedani exercitus agmen, infidelis mendicantium metu in Sinas profugeret*, Gul. 76, 16. گر ترا پیشه خویشتن بینیست * مردمان از تو مهر بر دارند *si rerum tuarum studio incumbis, homines amorem tibi subtrahunt*, Fleischer Ali's Spr. 53, 17. * وگر بینم که نابینا وچاهست اگر خاموش بنشینم گناهست *si video coecum et puteum esse* (propinquos), *si reticeo, nefas erit*, Gul. 50, 6. گر گزندت رسد تحمّل کن *si damnum tibi accidit, tolerato*, ib. 78, 16. گرت از دست برآید دهنی شیرین کن *si potes, alterius os tibi demulceas*, ib. 79, 22 cf. 90, 16.

گر تو هستی مومن وپرهیزگار * از خدای واز خلایق شرم دار *si es Deo fidem habens et virtute ornatus, Dei et hominum verecundiam habe*, Pend. 17, 6.

584. Haud raro Aoristus, quum tempus sit indefinitum, praeteriti temporis locum obtinet (§. 468) e. g. می سزد گر عمررا داری عزیز * چون رود پیشش نخواهی دید نیز *vitam magni aestimes necesse est, nam si praeterierit, non amplius illam videbis*, Pend. 58, 7 ubi aoristus رود futuri exacti vices gerit, cuius loco in sequente exemplo futurum simplex زوان خواهد شدن ponitur. از تنت چون جان روان خواهد شدن * خاکت اندر استخوان خواهد شدن *si anima tua e corpore exierit, in ossa tua pulvis intrabit*, Pend. 23, 6.

585. Praeteritum causae seu conditionis ponitur, si haec eo, quo quis loquitur, tempore praeteriit, e. g. دست سلطان دگر کجا یابد * چون بسرگین در اوفتاد ترنج *quomodo in regis manum denuo redeat malum aureum, si in sordes cecidit*, Gul. 52, 6. چون شدی بر عدوّ خود قادر * عفورا شکر قدرت خود ساز *si hostem tuum in tuam potestatem redegisti, da veniam* (tanquam) *gratiarum actionem pro potestate tua*, Fleischer Ali's Spr. 59, l. atp. * ندانستی که بینی بند بر پای چو در گوشت نیامد پند مردم *ignorastine te* (iam) *videre compedes pedibus iniectos, si hominum consilium in aures tuas non venit?* Gul. 34, 19. چون مرد در فتاد زجای ومقام خویش * دیگر چه غم خورد همه آفاق جای اوست *si vir loco et munere suo motus est, quid adhuc trista-*

bitur? totus mundus eius locus est, ib. 101, 15. معده چو پر گشت وشکم درد خاست * سود ندارد همه اسباب راست *si stomachus oppletus et dolor ventris ortus est, omnia bona remedia nihil iuvant*, ib. 87, 17 cf. 161, 5. چون بکار خویش حاضر بودهٔ * آب روی خویشرا افزودهٔ *si officia tua executus es, existimationem tuam auxisti*, PEND. 67, 2. چو یکبار گفتی مگو باز پس *si semel locutus es,* (dictum) *ne repetas*, GUL. 111, 14. — گر از نیستی دیگری شد هلاك * مرا هست بطرا زطوفان چه باك *si alius egestate periit, mihi est* (victus), *quidnam anser diluvium metuat?* GUL. 164, 16. وگر شد نامور بر قول نا راست * وگر زد راستی باور ندارند *si vero mendacitate infamis est, etsi verum dixerit, fidem non habent*, GUL. 188, 9. گرت خوی من آمد ناسزاوار * تو خوی نیك خویش از دست مگذار *si mores mei tibi visi fuerint indigni, tu* (ideo) *mores tuos bonos amittere noli*, ib. 190, 19.

586. Praeteritum pro ipso quoque futuro seu aoristo aut in uno aut in utroque enuntiati conditionalis membro poni solet, si res ut certe eventura et quasi peracta scriptoris menti obversatur, e. g. چو کردی با کلوخ انداز پیگار * سر خودرا بنادانی شکستی * چو تیر انداختنی در روی دشمن * حذر کن کاندر آماجش نشستی *cum funditore si proelium commiseris, proprium caput vecordia vulneras* (vulnerasti). *Si sagittam in hostis vultum miseris, cave, ne* (postea) *in* (sagittae) *illius scopo sedeas* (sederis) GUL. 40, 13—16. اگر رفتی بمردی واگر خفتی مردی quod LUMSDEN (l. l. t. II, p.

450) vertit : „*If you go on, you are safe, but if you sleep, you die.*“

587, Praeteritum conditionale in eis dictis adhibetur, quae certis positis certum quidem futurum eventum fuisse indicant, sed fieri non posse, vel veri simile non esse, ut illa sint, nec igitur eventum habitura esse. In talibus enuntiatis coniunctio اگر arabicae لَوْ respondens semper in usu est, e. g. گربهٔ مسکین اگر پر داشتی * تخم کنجشك از جهان بر داشتی *inops felis si alas haberet, passeris genus ex orbe tolleret*, Gul. 91, 10. اگر ژاله هر قطرهٔ در شدی * چو خر مهره بازار ازو پر شدی *si quaevis roris gutta unio esset, perinde ut vilibus lapillis forum oppleretur*, ib. 164, 6. اگر نیم نانی بخوردی وبخفتی بسیار فاضلتر از آن بودی *si dimidium comederit panem et obdormiret, multo melius esset*, ib, 65, 23. گر دست بجان داشتمی همچو تو بر ریش * نگذاشتمی تا بقیامت که بر آید *si animam in mea potestate haberem, uti tu barbam, non sinerem, ut* (illa) *exiret* (e corpore) *usque ad diem resurrectionis*, ib. 123, 18. گر بدانستمی که فرقت تو * اینچنین صعب باشد ودلسوز * از تو دوری نجستمی یکدم * وز تو غایب نبودمی یکروز *si novissem, a te separari ita esse durum atque animum affligens, ne unum temporis momentum a te remotum esse voluissem, nec unum diem a te abfuissem*, Wilken Inst. p. 107. اگر در مفاوضهٔ او شبی تاخیر کردی چه شدی *si per unam noctem societatis illius* (puellae) *commercium ex-*

tendisset, quidnam fuisset? Gul. 51, 17 cf. 50, 14. 66, 23. 88, 8. 96, 9—12. 177, 5. 178, 11.

Annot. Non permutandum est Praeteritum conditionale cum Imperfecto, quocum forma convenit (§. 220, 3 et 4), hoc enim in enuntiatis conditionalibus minime in usu est.

588. Raro in uno aut in utroque talis enuntiati conditionalis membro aliud praeteriti tempus pro praeterito conditionali adhibetur e. g. اگر لحظه در محافظت تو اهمال نمودمی این جاندار مشفق ودوست مهربان تو شبستانرا از خون تو ملامال ساخته بود *si momentum securitatis tuae curam neglexissem, ille amatus benignus et amicus tuus benevolus cubiculum sanguine tuo prorsus commaculasset*, Anv. Soh. 136, r. 1. اگر دانستم که زید انسانیت ندارد بملاقاتش نمی رفتم *si cognitum habuissem, Zeidum non esse humanum, ad illum visendi causa non venissem*, Lumsden, l. l. t. II, p. 452. اگر زید دستگیرم نمی کرد مرده بودم *si Zeidus me non adiuvisset, mortuus fuerim*, ibid.

589. Interdum in apodosi s. enuntiato, quod est consequentia conditionis praecedentis, particula پس vel که ponitur, respondens germ. *so, dann* e. g. گر تضرع کنی وگر فریاد * دزد زر باز پس نخواهد داد *sive precibus obtesteris, sive miserabiliter exclames, praedo tamen aurum* (ereptum) *non est redditurus*, Gul. 129, 19. اگر کار کنی پس مزد یابی *si opus agis, mercedem nacturus eris*, Lumsden, l. l. t. II, p. 482. گرم چو عود بر آتش نهی وبگدازی * که نقش

خال نگارم نمی رود زضمیر *si in ignem me infers instar aloes et liquefacis, tamen imago naevi puellae meae amatae nunquam animo meo effluet*, Lumsden, l. l. t. II, p. 407 cf. Frag. 18, 10.

590. Ut in aliis linguis, ita in persico quoque sermone conditio propria verborum collocatione exprimi potest, in qua verbum initio enuntiati poni solet, nisi una aliaque vox, in qua sermonis vis posita est, hunc locum requirat, ipsa autem coniunctio conditionalis, a qua verbum pendet, prorsus omittitur. En exempla, in quibus coniunctio condit. اگر subintelligenda est خواهی که خدای بر تو بخشد * با خلق خدای کن نکوئی (si) *vis, ut Deus tui misereatur, tu Dei creaturis benefacito*, Gul. 38, 4 cf. 166, 10. بزرگی بایدت بخشندگی کن *magnitudine* (si) *tibi opus est, liberalitatem exerce*, ib. 36, 10. هر آن حوضی که صد من آب گیرد * دو صد من ریزیش نقصان پذیرد *omnis piscina, quae centum Man aquae capit*, (si) *ducenta Man illi infuderis, ruinam patietur*, Anv. Soh.

591. In duobus enuntiatis conditionalibus, sibi invicem oppositis, propositio, quae consequentiam exhibet (جزاء الشرط s. جواب الشرط), in priori enuntiato conditionali prorsus omitti potest, quod in arabica etiam lingua post إِنْ fieri constat, d. q. v. de Sacy Gr. ar. t. II, §. 836, e. g. تو گر شکر کردی که با دیده‌ء * وگر نی تو هم چشم پوشیده‌ء *tu quoque si gratias agis Deo ob id quod oculos habes*, (bene facis), *sin minus, tu idem ille es*,

cuius oculi praeligati sunt. گر دست رسد که آستینش گیرم * ور نه بروم بر آستانش میرم *si contingit, ut manicam eius prehendam,* (contentus ero), *sin minus, abibo et super limine eius exspirabo,* GUL. 117, 15. گر آید بیاری گری شهریار * وگر نه بتاراج رفت آن دیار *si rex auxilium fert,* (bene facit), *sin minus, illa regio praedae data est,* ISK. N. 164, 15 ubi commentarius hanc ellipsin exponens dicit: ای گر مخفف اگر شرط وجزا محذوف است اگر پادشاه بیاری آید فبها وگر نه ملك ما بتاراج رفت ونزد بعضی اهل تدقیق به تحقیق پیوسته که جائیکه اگر ووگر متقابل واقع شوند حذف جزا جایز است بقرینه

592. Si una eademque est consequentia duarum propositionum, quae sibi invicem oppositae sunt, haec quoque omitti potest, e. g. وصف ترا گر کنند ور نکنند اهل فضل * حاجت مشاطه نیست روی دلارام‌را *si te laudant, si te non laudant sapientes,* (parum refert), *vultus enim animo quietem dans non indiget ornatrice,* GUL. 12, 5.

593. Post گر haud raro زانکه vel آنکه pleonastice quidem additur, sed proprie ellipsin indicat, quae e sermonis contextu addito verbo quodam, vel alia verborum constructione facile in integrum restitui potest, e. g. گویند حسود خصم مردم باشد * گر زانکه نکو در نگری خصم خود است *dicunt, invidum esse hostem hominum, sin vero bene respicis, hostis sui ipsius est,* ANV, SOH. 79, r. 2. جمال تو گر زانکه من دارمی * بجای تو گرا زانکه من بودمی *si igitur tuam pulchritudinem haberem, si quo loco stas, ego starem,* IONES Com. poes. As. 99. وگر زانکه

زغالب‌تر خویشتن در هراس * ناغالبیْ در قیاس *et si te non praevalere credis, metue illum, qui te ipso est potentior*, Isk. N. 153, 11 ad quem versum commentarius haec animadvertit : در آخر بیت خان آرزو گفته که متعلق زانکه محذوف است از جهت قرینه ومصرعهٔ دوم جزای شرط است یعنی اگر آگاهی داری ازینکه تو غالب نیستی بحساب وقیاس که مقرر شده پس از کسی که غالب‌تر از تو بوده باشد هراسان باش وهراس امر است ولفظ در زاید. Adde : اگر آنکه اورا ربایند ززین از تبیل در خواست *si illam* (puellam) *de equo deiicit*, ad litt. *si id* (contingit), *ut illam de equo deiiciat*, Chr. Sch. 100, 229. وگر آنکه ناگاه گردی تباه *si vero subito peris*, ad litt. *si vero id* (accidit), *ut subito pereas* ib. 103, 277, quo in utroque loco false آنکه legitur.

Annot. Eodem modo آنکه post یا et ویا *aut*, *aut* saepius pleonastice additum videtur, quod in commentario ad Iskander Nameh maxime animadverti.

594. Coniunctione اگر cum چه vel چند composita concessivae oriuntur coniunctiones اگرچند, اگرچه *licet*, *quamvis*, quarum tamen postrema in poetico tantum sermone adhibetur. Construuntur perinde ut synonymae چندانکه s. چندانچه cum praesenti, aoristo vel futuro, si de re praesente vel futura sermo est, in praeterita autem actione cum praeterito absoluto vel perfecto, e. g. مهیا کند روزی مار ومور * اگر چند بی دست وپایند وزور *victum parat serpentibus et formicis, licet non ha-*

beant manus, nec pedes, nec robur, Lumsden, l. l. t. II, p. 453 cf. Chr. Sch. 54, 351. Gul. 101, 8 ubi ed. Taur. اگر چند legit pro هرچند quod Semelet recepit. گرچه سیم وزر زسنگ آید همی * همه سنگی نباشد زر وسیم *etsi argentum et aurum e saxo prodeunt, tamen non omne saxum est aurum et argentum*, Gul. 150, 11 cf. 42, 5. 87, 8. گرچه کس بی اجل نخواهد مرد * تو مرو در دهان اژدرها *licet sine fato moriatur nemo, tu tamen viperae os accedere noli*, ib. 101, 10. گرچه شاطر بود خروس بجنك * چه زند پیش باز روئین چنگ *etsi acer est* (cum gallo) *in certamine gallus, quomodo tamen feriat accipitrem ferreis uncis armatum*, ib. 13, 16. گرچه صفاهان جزای من ببدی کرد *licet Ispahan malam gratiam mihi retulerit*, Spieg. Chr. 103 l. ult. وگرچه بخون دستها شسته اید *etsi manus sanguine lavastis*, Chr. Sch. 19, 252. Exempla de چندانکه et چندانچه vid. Gul. 24, 18. 75, 10. H. Sam. 132, 7. Spieg. Chr. 30, 16. 23. 31, 12.

ARS METRICA PERSARUM.

Communis est ars metrica (علم عَروض), qua nititur poesis seu potius carmen rimicum (شعر) eis linguis scriptum, quibus loquuntur Arabes, Persae, Turcae et Indi formulae Muhammedanae addicti. Primus illam invenit initio noni seculi p. Chr. poeta Arabs Chalil ben Ahmad et scripsit opus, in quo de scientia metrica artificium composuit, peculiari et propria ratione constructum et accuratissime elaboratum. Artem igitur metricam Persarum exponens Chalili systema, quod etiam Persae sequantur, meum faciam, ratione semper habita eorum, quae Persarum rei metricae sunt propria.

SYLLABARUM MENSURA.

595. Syllaba persicae vocis aut longa, aut brevis, aut anceps esse potest.

I. Longa est:

a) si eiusdem vocalis est vocalis longa, vel diphthongus, de q. v. §. 5—11.

b) si est composita, duabus vel pluribus literis constans (§. 50).

c) si in syllaba est آ vel litera signo Teschdid distincta (§. 16 et 19) e. g. آمَدْ pro اَامدْ et فرّخ pro فَرْرُخْ

